De

Pantheismi nominis

origine et usu et notione

exponit

Eduardus Boehmer

Phil. Dr.

Halae Saxonum.

J. F. Lippert.

1851.

Profecto inquisitionem accuratam sententiae quae sola suo jure pantheismi nomini tribuenda sit necesse est hac aetate ab unoquoque qui notionibus uti consuevit claris distinctisque summopere desiderari cum doctrinas mirum quantum diversas sub unam hanc Myconum ut in proverbio est converri animadverterit. Usitatum enim est, nomen illud tanquam agglutinare ad ethnicismum antiquum quasi apte ad eum conveniat quo facto rem confectam censent. Quare philosophiae aetatis vix praeteritae quibus nota illa ab adversariis mordacius inusta est, saepissime ducuntur quodammodo sapientia Graecula interpola. Verum etiam Mosis religio nomen illud defugere non potuit atque adeo non semel sibi visi sunt homines subtiles odorati esse proclivitatem ad pantheismum in praeceptis ipsius ecclesiae catholicae quae rursus non cessavit crimen illud reddere protestantibus haereticis. Omnino Christi doctrina a quibusdam qui profitebantur eam, per pantheismi nomen praedicata est. Et quoniam Muhamedi praeceptio fructus edidit qui proprie pantheistici compellandi esse visi sunt quid mirum si quis eorum radicem in ipso curano sese reperisse prodat? Quicunque igitur hoc pantheismi carmen utique effugere volunt, vix sciant quo pacto fieri possit quorsumque se convertant ne Charybdim vitantes incidant in Scyllam ac jure clament cum Horatio: quo teneam vultus mutantem Protea nodo? — Quam ob rem non inutile censuimus quaestionis praesentem condicionem circumspicere et investigare quae doctrina proprie habenda sit pantheistica. Ad hanc vero rem disceptandam maxime accommodatum esse videatur si primo loco exploremus cuinam significandae sententiae vocabulum illud de quo quaeritur initio confictum sit, deinde usum posteriorem quoad hic fieri potest exponamus, denique auditis Graecorum philosophis quibusdam principibus linguaeque ratione habita ipsi experiamur definire pantheismi naturam atque species.

Praefari vero mihi liceat ea quae in virorum doctorum verbis quae attuli litteris distractis excusa legentur, a memet ipso, non ab auctoribus librorum illorum sic signata esse.

Itaque de origine vocabuli pantheismi primo lóco nobis disserendum est. Haud scio vero an nullum reliquum sit vocabuli πανθείου vestigium ante Aristotelem. Cujus philosophi locum quendam ubi legitur πάνθειον servavit scholiorum scriptor quidam ad Aristophanis Plutum v. 586. Ad vocabulum πάνθειον autem supplendum est ἱερόν. Posteriores etiam πάνθεον scribebant. Est vero templum communicarium seu delubrum diis omnibus sacrum. In hymnis autem Orphicis qui dicuntur in novorum Platonicorum schola compositis ter (34, 7. 52, 9. 53, 7.) legitur πάνθειος τελέτη quae verba eleganter convertit Scaliger: pandiculare sacrum, in thesauro tamen Henrici Stephani edito ab Hasio aliis VI. p. 149 explicatur πάνθειος i. q. πάνυ θεῖος. A Graecorum vero forma duplici πάνθειον et πάνθεον panthēum panthĕumque in consuetudinem venit Romanorum eorundem concelebrantium dies pandiculares quibus deos omnes indigetent. cf. Festum ed. Müller p. 220. De manibus votivis autem aliisque id genus rebus quas cum res ad varium deorum cultum pertinentes completerentur pantheas nominaverunt cf. libros quos apud Henr. Steph. l. c. laudatos invenies. Praeterea legimus apud Stephanum l. c. „πάνθεος omnium deus. Gl.“ Haec sunt vocabula quae proxime attinent ad pantheismi nomen cujus tamen ipsius nulla apud veteres origo inveniri potest. Itaque quaeritur quo tempore posteriore novatum sit. — De hac re inter libros recentiores encyclopaedia quae dicitur Brockhausiana latius tantum notat nomen illud ab initio saeculi octavi decimi invaluisse. Unum solum Carolum Hasium ad vol. II. p. 83. Baumgarten-Crusii historiam dogmatum christianorum — cujus libri annotationum usque a pagina 38 ipsum se rationem reddere debere dicit editor in praefatione p. V. — accuratius observavisse reperimus: der Name wurde üblich durch Toland, Pantheisticum s. formula celebranda societatis Socraticae 1720. Quod argumentum tentemus nunc diligentius.

Constat sane quod lector valde suspicari potest per medium aevum condemnatarum doctrinarum asseclas ab adversantibus quibus acerbior atheismi denotatio ad manum erat leniore pantheistarum nomine nunquam appellari. Verum etiam a prioribus ambo-

bus fere fidei evangelicae saeculis alienum esse videatur neque enim Gerhardus neque Calovius qui Vaninium atheum fuisse dicit nec Breithauptus Koenigus ne in tertia decima quidem editione quam anno 1711 foras emisit ut taceam alios pantheismi nomine uspiam usi sunt. Vel Tolandi viri famosi popularis ille illustri laude celebratus Richardus Bentleyus in scriptis theologicis (works edited by Dyce vol. III. 1838) pantheismi nominis mentionem prorsus non injecit quanquam in octo orationum sacrarum annis 1692 et 93 editarum quae inscriptae sunt: the Folly and Unreasonableness of Atheism (v. l. c. inde ab initio voluminis) parte dimidiata de Pauli apostoli verbis illis quae act. 17, 27 leguntur dicit et quanquam ad causam tum strenue ventilatam anno 1713 se contulit adversans equitis cujusdam Tolando conjunctissimi Antonii Collini libello de libertate cogitandi scripto (unde nomen freethinker increbuit). Cf. works l. c. p. 289 ss.: remarks upon a late discourse of freethinking by Phileleutherus Lipsiensis p. 289 ss. secundum editionem octavam anni 1743. Etiam Petrus Baylius in magno suo promptuario historico criticoque pantheismi nomen ne verbo quidem commemorat. De Xenophane dicit: „il avoit sur la nature de Dieu une opinion qui n'est guère différente du Spinozisme." De Spinoza vero disserens: „je crois" inquit „qu' il est le premier qui ait reduit en système l'athéisme." Vel Leibnitius pantheismi nomen silentio praetervehitur, item quae mea est scientia Wolfius et quod obiter adjiciam postea etiam Bruckerus.

Prima vero vocabuli illius vestigia apud Hibernum illum Tolandum quidem exploravimus, quindecim autem annis ante pantheisticon cum consumtis jam tribus lustris in libris scribendis theologicis et politicis variisque casibus jactatus anno 1705 librum modi duodenarii ederet quem auctoris nomine compresso inscripsit: Socinianisme truly stated being an example of fair dealing in Theological Controversys to which is prefix'd Indifference in Disputes recommended by a Pantheist to an Orthodox Friend. Subtilius anquiramus utrum hoc Pantheistae nomen novaverit Tolandus an a priore aliquo exceperit. Potest sane factum esse ut ad eligendum illud ansam dederit liber quidam de cujus titulo viri docti tradiderunt varia. Moshemius enim in vindiciis antiquae

christianorum disciplinae cet. 1722 p. 249 pantheonosiae nomine perplexo librum illum vocat lapsu ut videtur haud secus ac πανθειωσία in observationum Halensium 1700 t. I. dissert. XII. cum ibidem p. 335 et t. IV. p. 263 πανθενωσία inveniatur cujus utriusque dissertationis Buddeus vir eruditissimus scriptorem fuisse se ipse profitetur in introd. ad hist. phil. Ebr. 1702 p. 329. 341. Unde lectionem panthenosiae hausit Ittigius quoque in opusculis 1714 p. 253, aeque scribit Morerius dictionnaire dernière édition 1740, jamque Petersenio in nube testium part. 3 p. 29 pariter ac Simlero biblioth. 1574 placuit πανθενωσία. Quod nomen e vocabulis παντός et ἑνοῦν parum scite videtur confictum esse, minimum enim dicendum erat πανθένωσις. Integra vero libri illius inscriptio mira hacc fertur: Πανθενωσία h. e. compositio omnium dissidiorum circa aeternam veritatem aut verisimilitudinem versantium quae non solum inter eos qui hodie infidelium Judaeorum Haereticorum et Catholicorum nomine vocantur orta sunt et vigent sed jam ut admissis per peccatum circa nostrum intellectum tenebris fuere inter ecclesiae peculiaris et communis membra scriptore Helia [aliis locis saepius Elia] Pandocheo. Ita nomina scribit Simlerus nisi loco vocabuli πανδοχεύς quod saltem e Polybio iisque qui postea scripserunt in promptu erat reponendum sit Pandochaei nomen licentius fictum quod invenimus apud Peterseniun l. c., Salengrium mémoires liter. t. I. p. 28, Morerium l. c. Equidem Simlerum secutus qui bibliothecam illam Gesneri ante etiam edidit quam Pandocheus 1581 diem supremum obiit, titulum fuisse opiner: πανθενωσία scriptore Helia Pandocheo. Idem Simlerus l. c. Basileae apud Oporinum prodiisse dicit, addit Petersenius annum 1544, Buddeus contra observ. Hal. t. IV. p. 263 editionem loci annique significatione expertem affert. Est vero hic Pandocheus personatus Guilelmus Postellus vir ille ingenii forma singulari, doctrina abundante, vitae fortuna perquam varia. Saepissime atheismi causa atro carbone injuria notatus, idem appellatus est parens novae haereseos deistarum qui e Theophili Raynaudi sententia op. t. XII. p. 231 deum unum admittere contenti cetera christianae religionis mysteria pro fabulis habent a quo tamen opprobrio Postellum defensitaverunt Pope-Blountius censura 1696 p. 667 alii. Veri simile tamen Raynaudo videtur deistarum sibi fuliginem affricuisse

Postellum dum inter varias religiones instar navis quae gubernatore destituitur incertus et quid crederet ambiguus haesitaret. Narrat etiam Henricus Stephanus in prooemio tractatus de conformitate miraculorum antiquorum et novorum 1592 p. 100 Postellum publice dixisse verae religionis speciem qui efformare velit conflare debere ex tribus illis religionibus Christiana Judaica Turcica cujus profecto non dissimilia passim in libris suis protulit. Jam etsi conspicuum sit Turcas cum Barnabae evangelium pro divino colant in christianorum numero collocari a conscribente Nazarenum suum Tolando et ipso per tempus deista dicto, tamen noveritne Pantheista Pandochaei scripta parum liquet. Rarissimus sane jam tum panthenosiae liber fuit ut ex Ittigio Moshemio aliis apparet (nedum quod doleo mihi cognituro praesto fuerit). Itaque nisi e recessu nescio quo exceptarit Tolandus novavisse illud vocabulum veri est simillimum cum praesertim ceteroqui quoque sollers verborum opifex inauditorum atque insignitorum titulorum amator esse inveniretur: libros enim pervulgavit quorum in fronte legitur: Amyntor (1699), Vindicius Liberius (1702), Adeisidaemon (1709), Nazarenus (1718) quem Megaletori cuidam dedicavit, Tetradymus (1720) cujus partes quattuor hae sunt: Hodegus Clidophorus Hypatia Mangoneutes (Mangeyus enim Nazarenum aggressus erat). Dicit et ipse Thorschmidtus Englaend. Freydenker-Bibl. t. III. 1766. p. 496 de Tolandi libro illo: dem er den verdächtigen und u n g e w ö h n l i c h e n Titel Pantheistikon gegeben. Eodem spectat inscriptio theologastri quam praeponere statuerat libro cuidam quem vero non confecit. Tolandum vocabuli pantheistae et pantheistici inventorem fuisse confirmatur eo quod in ejus aetatis controversiis nemo ut fit doctrinas quae jam antea eodem modo nuncupatae fuissent ut similis rationis viros compararet e praeteriti temporis annalibus deprompsit. Pervulgavit vero notiones illas partim tumor ingens quem injecerunt Britannorum post exterorum quoque populorum animis litterae Tolandinae quae vel discordem reddiderunt utramque regni curiam partim etiam inter homines eruditos praeter ipsa Tolandi scripta librorum multitudo contra eum edita a viris illustrissimis Clarkio Leibnitio Huetio Buddeo Loeschero Carpzovio Moshemio ceteris. Quo factum est ut mox pantheismi vocabulo in litterarum republica civitas daretur. At communi usu lentius re-

ceptum est. Verum in librorum huc pertinentium silva densissima paulum spatiemur sed vitantes deverticula.

Edidit Tolandus anno 1709 dissertationes duas quarum prior inscripta est: „Adeisidaemon sive Titus Livius a Superstitione vindicatus“ in qua Geradi Vossii sententiam in libri de Historicis Latinis conscripti capite nono decimo prolatam „qualemcunque Numinis Cultum Atheismo oportere praeferre“ aggreditur p. 86 sqq. et jam in epistola quae praefationis vices supplet profitetur magis noxiam Reipublicae se censere Superstitionem quam Atheismum. Annexae sunt Adeisidaemoni „Origines Judaicae sive Strabonis de Moyse et Religione Judaica Historia breviter illustrata.“ Excriptis ibidem versibus nonnullis Manilii „talia mille“ inquit „in Patrum (quos vocant) Veterum scriptis deprehendi, praecipue vero in Praeparatione et Demonstratione Evangelica Eusebii qui Philosophorum et Poetarum loca de mundo Pantheistico pro dei unius existentia aut perfectione allegare ubivis solet“ p. 108. 109. Quid vero mundo illo pantheistico significare velit intelligitur ex loco gravissimo p. 117—19 quem hic legas appositum: „Mosem fuisse Pantheistam sive ut cum recentioribus loquar Spinosistam incunctanter affirmat in isto loco Strabo“ [l. XVI. 2 Tauchn. *εἴη γὰρ ἓν τοῦτο μόνον θεὸς τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν ὃ καλοῦμεν οὐρανὸν καὶ κόσμον καὶ τὴν τῶν ὄντων φύσιν*]: „eum namque exhibet docentem nullum dari Numen a mäteria et compage mundi hujus distinctum ipsamque Naturam sive rerum Universitatem unicum esse et supremum Deum cujus partes singulas Creaturas dicas et totum si velis Creatorem: „„Omnium autem rerum““ (inquit Cicero) [de nat. deor. II. 34] „„quae Natura administrantur Seminator et Sator et Parens ut ita dicam atque Educator [adde: et altor] est Mundus omniaque sicut membra et partes suas nutricatur et continet““. Haec est hodierna Litteratorum Sinensium aliorumque Orientalium Philosophia et a quam plurimis inter Graecos antiquos et Romanos propagata sed a nemine Latinorum brevius et clarius expressa quam a Pacuvio poeta cujus aureum apud Ciceronem [de div. I. 57.] legitur Fragmentum: Quicquid est Hoc omnia animat format alit auget creat | Sepelit recipitque in sese omnia omniumque idem est Pater | Indidemque eadem quae [lege: eademque] oriuntur de integro atque eodem occidunt.“ Improbare videtur

Tolandus usum eorum qui pantheismum et Spinosismum promiscue in ore habent sicut etiam p. 193 de iis loquitur qui „Spinosam in Pentateucho inveniunt et Atheismum suum in nomine Jehovah." Respicit haec enunciatio ad p. 156. 157. ubi Pentateuchi scriptorem afferens „et ipse" inquit „in Pantheistarum fuisse sententia nonnullis videtur propter certas phrases non probe intellectas et quod animorum immortalitatis aut praemiorum et cruciatuum post mortem futurorum nullam fecerit mentionem. Hinc sibi volunt sacrosanctum et ineffabile nomen Jehovah astipulari cum necessariam solummodo existentiam vel illud (quicquid fit) quod per se existit emphatice significet" cet. — Mox cumulatus est Tolandus criminibus et pantheismi et atheismi. Hunc ei primus exprobaverat jam libellus: the narrative drawn up by the late lover house of convocation 1700. p. 50. sq. Pantheismum vero atheismi generi subjecit Jacobus Fayus qui contra utramque illam Tolandi dissertationem eodem anno foras emisit „Defensionem Religionis nec non Mosis et Gentis Judaicae" in quo libro secundae partis caput quartum inscriptum est: „... Moses vindicatur ab imputatione Pantheismi" quod vocabulum hoc loco primo invenimus. Simul jam applicatur ad ethnicos quosdam philosophos qui tamen non exquisitius seponuntur atque ad Spinosam ut qui illorum fuerit restitutor. Nam p. 194 dicit: „... Pantheïsmus sit tantum certa forma et species atheismi quem ex inferis et ex scriptis quorundam Ethnicorum Philosophorum superiore saeculo reduxit Spinosa." Locus vero quem facere non possumus quin nunc adjungamus caput est cum quod ego intelligam primus Fayus ea quibus contineatur actio in pantheos digerere et breviter complecti hoc loco instituerit. Pagina enim citata et sequente tria notatu digna in exordio libri Geneseos a divino scriptore significari dicit. Primo loco: „coelum et terram complecti totam naturam et omnimodam rerum universitatem quae unicum Pantheïstarum numen est." Deinde a creatura distingui creatorem, denique tempus quo tempore naturam illam deus produxerit commemorari fuisse principium. Quae postquam disseruit pergit: „quae et similia Pantheïsmo nullomodo conveniunt: Pantheïstarum enim natura et numen unum idemque sunt, ea vero clare et distincte separat Moses cum hoc illius causam esse dicat. Pantheïstarum natura a nemine creata est utpote

quae secundum illos Philosophastros rerum universitas et tota mundi compages sit nisi omnia dici possint creata a nihilo quod absurdum est; Moses vero eam a Deo creatam esse tradat. Pantheïstarum natura est aeterna; ei vero initium vel creationem in tempore tribuit Geneseos sacer Scriptor.“ Quae sententia ex qua doctrinae hae pantheisticae esse contenduntur in communem irrepsit consuetudinem et cum ipsi pantheistae prorsus non oblocuti sint nec illa refutaverint sectae illius asseclas adversariosque in nominis pantheismi usu paulatim evalescente conspiravisse invenimus. Additur aliud pantheismi decretum cum tolli ab eo libertatem contendat „Elie Benoist pasteur de l'Eglise Walonne de Delft“ in libro nunc raro: mélange de remarques critiques historiques philosophiques théologiques sur les deux dissertations de M. Toland cet. 1712. De pantheismo dicit p. 256: „selon cette opinion il n'y avoit rien de libre dans l'Univers. Tout arrivoit par une necessité fatale dont on ne pouvoit ni corriger ni prévenir les effets. Que pouvoit servir le culte qu'on rendoit au Tout puis que le Tout et les parties etoient entraisnées par la même fatalité et que ni les voeux ni les sacrifices ne pouvoient rien changer aux affaires de la Nature?“ Porro p. 257: „dire que ce Tout est animé intelligent et tout ce qu'on voudra: cela ne signifie rien puisque cette intelligence est liée à des Loix immuables qu'elle suit necessairement. Celà ne sert qu'a rendre le Panthéisme encore plus ridicule, de vouloir qu'il y ait une ame dans ce Tout qui ne dispose de rien et qui n'y opere que ce qu'opere dans l'Animal ce que l'Echole appelloit autrefois l'Ame vegetative et la sensitive.“ Paulo infra contendit nihil melius concinere quam Pantheismum et Idololatriam atque enumeratis multis paganorum diis p. 258: „Ce pantheisme“ inquit „etoit le principe de toutes les diversitez de l'idolatrie puisque sous divers noms et par diverses ceremonies chaque Peuple adoroit la même Nature le même Tout Divinité μυριώνυμος appellée de mille noms differens quoique tous ensemble ils n'exprimassent que la même chose.“ Idem Tolandum impugnans exponit atheismum notae deterioris quam superstitionem esse. Adversus eundem Atheus stultus Jo. Ulr. Frommanni qui triennio post prodiit praesertim p. 232 sq. scriptus est. Utramque vero hanc notionem atheismi superstitionisque multorum sermoni-

bus celebratam Buddeus quoque theologus illustrissimus tractavit libro quem anno 1717 confecit: theses theologicae de atheismo et superstitione. Disputationis hujus perspicienti latitudinem sententiae occursant quibus ad eam quae tunc valebat pantheismi notionem adhibetur lumen quoddam. Legimus p. 165: „fuisse ante Spinozam qui in eo quod caput causae est cum eo consenserunt, omnes scilicet illi qui non alium quam naturam ipsam seu hoc universum agnoverunt Deum quive ideo hodie pantheistarum nomine a quibusdam insigniuntur tum ex hactenus dictis constat tum ex instituto a me in dissert. de Spinozismo ante Spinozam [in analectis historiae philosophiae] demonstratum est. Primus tamen Spinoza fuit qui in systematis formam hanc impietatem summo studio redigeret eique methodum geometricam infelici tamen successu aptaret. Unde et haud immerito haecce atheismi species nomen ab eo sortita est atque Spinozismus adpellatur." Loco inferiore p. 196. scriptor ipsum Tolandum toti fere scripturae sacrae pantheismum tribuere ratus „quis vero" inquit „qui talia legit dubitet ipsum Tolandum in pantheistarum militare castris? Reliqua itaque ejus effata in religionem et scriptnram sacram injuria atheismum ejus prodentia rcferre supervacaneum puto." Quae hinc jam colligi potest sententia explicat eam p. 210: „Naturalismus si idem sit ac pantheismus cum atheismo convenit aut saltem species atheismi est" ubi notam adjicit: „... crassissimus vero illorum [naturalismi modorum] est qui non alium quam naturam seu hocce universum Deum agnoscunt qui et pantheismi et a praecipuo impii erroris restauratore Spinozismi nomine venire solet." Eodem anno et in publicum data est Biermanni impietas atheistica scoptico-sceptica detecta et confutata cet. quem librum contra Tolandi Adeisidaemonem composuit et in Gundlingianis Stück 15 Gedanken über Parmenidis Philosophie atheus hic nominatur, non pantheista ut nomen hoc nondum eam quam nunc videmus frequentationem assecutum esse videatur.

In novam novum scriptum Tolandinum offensionem incurrit atque instauratas virorum doctorum concitavit impressiones. Indicis vero caput hoc est: Nazarenus or jewish gentile and mahometan christianity 1718. Praefationis finem versus ad nos perfertur: .. so the Letters I wrote in that time of warr (dicere videtur Scotorum motum annis 1715 et 1716) and sent by the

post under the feign'd name of Pantheus I communicate to you this day without any disguize in order to publish them to all the world." Quamvis ficti hujus quod dicit nominis vis sit ambigua cum et novatum et simulatum significare possit ut propterea ex his non emergat utrum ab alio acceperit an ipse sibi confecerit, tamen apparet scriptorem sine anfractu se ipsum quoque collocare in pantheorum ordinibus. E libellorum autem ad Hiberni causam disceptandam scriptorum multitudine quae exin foras emissa est non laudemus nisi Loescheri praenotiones theologicas contra Naturalistarum et Fanaticorum omne genus atheos deistas indifferentistas antiscripturarios cet. ed. III. Viteb. 1719. Qui liber maxime Christianismum mysterio expertem quem jam anno 1696 Tolandus primo ediderat aggressus est. Porro Syrbius philosophiae professor Jenensis in opere de Atheismi origine scripto e Strabonis verbis contendit cogi non posse quod Tolandus collegerit nam *τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν* ab ipso mundo discernendum esse haud secus atque omne continens a contento. Ad hoc a Stoicis saepissime confundi numinis mundique notiones ut qui mundum deum partesque mundi deos appellent, et rursus deum mundi nomine nuncupent quamvis aliis locis mundum et deum disterminare consueverint tanquam corpus et animam. Ecquo quaerit nomine hanc sententiam debeamus vocare pantheismine an Spinosismi?

Vicesimo denique anno saeculi octavi decimi biennium ante obitum suum Tolandus foras emisit librum illum maxime infamem cujus hic non gravate audies totum titulum: Pantheisticon. Sive Formula celebrandae Sodalitatis Socraticae In Tres Particulas divisa Quae Pantheistarum sive Sodalium Continent I Mores et Axiomata II Numen et Philosophiam III Libertatem et non fallentem Legem neque fallendam. Praemittitur de antiquis et Novis Eruditorum Sodalitatibus Ut et de Universo infinito et aeterno Diatriba. Subjicitur De duplici Pantheistarum Philosophia sequenda Ac de Viri Optimi et ornatissimi idea Dissertatiuncula. [English translation 1751]. Urbis Cosmopolis adumbratum nomen suppositum est; continet vero praeter praefationem (4 pp.) 89 paginas octonarias. Cum pauca tantum exemplaria typis excripta sint, perraro nostris temporibus deprehendi librum illum nemo admirabitur. Quo magis et cum quae Thorschmidtus citavit parum accurata sint ex libello

hoc qui pantheisticae societatis quam confinxisse videtur (cf. p. 88. 89) confessionem fidei exhibet potiora quaedam transcribamus. P. 5 et 6 legimus: „Pantheistae [margini apponit notam: „Magis ad analogiam Panthei cum Atheis opponuntur sed Usus qui linguarum cluit tyrannus aliter voluit." Est igitur usitatum jam verbum Pantheistarum] utplurimum vocantur propter sententiam de Deo et Universo sibi propriam, Epicureis vero Chaologis et Oneiropolis e diametro oppositam cum nullam confusionem primaevam cum nullam fortunam nedum casum ullum | Mundi opificem admittant Pantheistae sed de rerum causa et origine cum Lino vetustissimo sanctissimoque reconditioris scientiae antistite statuant dicentes: Ex Toto quidem sunt omnia et ex omnibus est Totum [ipsius poetae verba infra subjicit: „*Ἐκ παντὸς δὲ τὰ πάντα καὶ ἐκ πάντων τὸ πᾶν ἐστιν.* Stob. Eclog. Phys." At dele *το* cum Grotio.] Hujus versiculi quem semper habent in ore fusior est explicatio quam nos verbis ad res solerter accommodatis hic breviter trademus. Universum itaque (cujus exigua portio est Mundus hic aspectabilis) affirmant esse infinitum tam extensione quam virtute, continuatione vero totius et partium contiguitate unum: immobile secundum totum cum extra eum nullus sit locus aut spatium, mobile autem secundum partes sive per intervalla numero infinita: incorruptibile simul et necessarium utroque modo existentia scilicet aeternum et duratione: intelligens etiam eminenti quadam ratione nec nisi levi similitudine eodem nomine cum nostra intelligendi facultate appellanda: cujus denique sunt partes integrantes semper eaedem ut partes constituentes semper in motu." P. 8. „Vis denique et energia Totius [cf. p. 61] creatrix omnium et moderatrix ac ad optimum finem semper tendens Deus est quem Mentem dicas si placet et Animum Universi unde Sodales Socratici proprio ut dixi vocabulo appellantur Pantheistae cum vis haece secundum eos non nisi sola ratione ab ipsomet Universo separetur." P. sq. „egregie mecastor Hieronymus [in marg.: „In Isa 66. 1"] Deum forinsecus et intrinsecus Mundo infusum et circumfusum censuit." P. 77: „Naturae Mystae ac Hierophantae merito vocari possunt Pantheistae." Formulae vero illae celebrandae Sodalitatis Socraticae quibus sugillari apparet liturgiam Anglicanam ita fere videantur esse compositae quasi comissator libellus sit qualem in combibonum circulis studiosa juventus jlocaliter recitare solet. Verum ad

nostrum finem maxime spectant quae leguntur p. 54. 55. Praefatur „Modiperator": „in Mundo omnia sunt Unum | Unumque est Omne in omnibus." Respondent ceteri: „Quod Omne in omnibus Deus est | Aeternus ac immensus | Neque genitus neque interiturus. Mod.: In eo vivimus movemur et existimus. Resp.: Ab eo natum est unumquidque | In eumque denuo revoluturum | Omnium ipse principium et finis. Mod.: Carmen accinamus | De natura Universi." Tum una omnes cantant versus illos Pacuvii quos ex Adeisidaemone jam attulimus. Quae vero adjecit de sequenda duplici Pantheistarum philosophia ad propositum nostrum non attinent cum non dicat nisi de doctrina partim externa vel populari quae praejudiciis accommodata sit partim interna sive philosophica veritati penitus conformi. Mirum autem est inter pantheistarum quasi sanctos sanctasque quos coetus invocat (dicunt enim p. 63: sic prosit nobis almus Selomo Thales Anaximander Xenophanes Melissus Ocellus Democritus Parmenides Dicaearchus Confucius alma Cleobulina Theano Pamphila Cerellia Hypatia) desiderari nomen Spinozae. — Quae tamen praetermissio non impediit quominus qui Tolandum aggressi sunt compararent eum cum Spinoza et utriusque viri doctrinam pantheismi nomine appellarent. Exempli causa Jo. Chr. Schüszler in libellis: Sammlung von alten und neuen theol. Sachen 1722 p. 676 dicit: bald schriebe er dem bösen Spinozä alle seine Irrthümer und Greuel nach z. B. die Pantheisterey (nomen acerbum, quo saepissime postea doctrina illa irridetur simili ratione fictum atque Atheisterey quod jam antea invenitur e. g. Gundlingiana Stück 14 anno 1717 p. 372.), oder dass Gott nichts anders als das Universum der Welt sey. Repetit Carpzovius in introductione in libros canon. biblior. V. T. 1731. T. III. p. 469 sq. Tolandum satagere ut Spinozae Pantheismum denuo apponat imprudentibus. Idem significat etiam Jo. Henr. a Seeleno qui „meditationum exegeticarum" parti secundae 1732 „de pantheismo in sanctissimo dei nomine יהוה impie quaesito observationem Anti-Tolandinam" inseruit p. 346 sq. quo loco pantheismum „illud monstrum horrendum" cet. iracundia inflammatus castigavit. §. II „Horum" inquit „Spinozismum ex orco revocantium malesana imo ipsa nequitia nequior opinio est unam modo in tota rerum universitate dari substantiam nullas autem a divina distinctas et Deum esse

mundi sive rerum omnium causam non transeuntem sed immanentem cunctaque ex ipsius essentia emanasse adeoque *παν* esse *Θεον* omne sive mundum esse Deum cui materiali licet et corporeo infinita tamen assignanda sint attributa." Apparet significari Spinozam.

Plenissime vero aetate illa de pantheismo pantheistisque disputavit Deilingus in „observationum sacrarum parte secunda" quae anno 1737 tertium prodiit forma quartanaria. Ubi p. 1—12 exploratur: „an auctor Pentateuchi Moses fuerit pantheista?" Orditur ut convenit a definitione. „Antea" inquit „definiendum videtur quid pantheismus sit quam disquiri statuique certi aliquid possit de pantheismo Mosis." Itaque allato Lini versiculo quem „empaectae frequenter in ore habent" deinde loco e Tolandi pantheistico transcripto „primus fuit" inquit „Bened. de Spinoza qui pantheismum in certum ordinem et systema redegit. Quotquot igitur existunt Spinosistae tot reperiuntur Pantheistae qui mundum cum Deo confundunt contendentes Deum esse causam mundi immanentem." Redit ad Tolandum, tum Manilii et Pacuvii versus repetit, dein tractat e Stoicis Senecam Antoninum porro Thaletem Alexandrum Epicuraeum alios et Muhamedanorum sectas El-tahkik et Zindikitarum. Per regnum quoque Sinense ac Japponense universamque quam late patet Indiam venenum hoc sese diffudisse observat testibus ubique doctissime editis. Paulo post „Athei" inquit „inter quos Julius Caesar Vaninus principatum tenet sub naturae idolo Atheismi venenum aliquamdiu vaferrime occultarunt. Ab his portentosae sententiae venenum hauserunt Fanatici omnia divinae essentiae esse divinitate omnium velut rerum materia existente docentes. In hoc luto Boehmius Stifelius Felgenhauerus Seb. Francus Jo. Leadia Jo. Pordagius aliique haerent." Memorato Davide de Dinanto ad Spinozam revertitur cui Kuffelerum adjungit „famosi nominis Spinosistam" porro Stoschium Fridericum van Leenhofo Wachterum. Quos nuper secutos esse censet Tolandum Collinumque. De originibus Judaicis altera est disputationis particula. Mox in numerum pantheistarum aggregatus est Edelmannus de quo disserens Harenbergus in libro quem inscripsit Gerettete Religion 1747 antiquorum recentiorumque pantheistarum Spinozae Tolandi aliorum dicit esse stipatorem. „Alle diese Leute" inquit „sind Pantheisten und halten

das Weltgebäude für ihren Gott" quem propterea Weltgott nominat. „Sie schätzen allesammt die Sätze des Spinoza sehr hoch." Dein Edelmannum Pantheistam et Tolandistam compellat. Lustro post Loewenus in libro: Einleitung in die Religionsstreitigkeiten mit den Deisten pantheistarum decretum Germanicis verbis ita concepit: Gott und die Welt sey eins. — Pergunt viri docti Spinozanae doctrinae cum pantheismo convenientiam asseverare ac defendere. Significat illud S. J. Baumgartenus Evang. Glaubenslehre edita a Semlero I. 1759 p. 439. 440 ubi via non trita ingressus ut interpretationes perversae et calumniae pantheisticae praecaveantur definitiones dogmaticas accuratiores poscit. Improbat enim ex ecclesiae patribus scholasticisque theologis nonnullos deum non voluisse dicere numero unum cum numerum dimensionem quantitatis discretivae atque unum quantitatis initium esse censuerint, docuisse vero „Gott sey der Allgemeinheit des Wesens wegen Einer weil er den Grund aller Dinge enthalte die nur wirklich sind oder seyn können, auch alles eigentlich enthalte, ja selbst sey." Ibidem infra notatur „dass Gott also nicht sowol der quantitate numerica nach einer sey als der amplitudine und universalitate seines Wesens nach; daher sie Gott das Allwesen essentiam universalem aller Dinge genannt haben, auch lieber omne als unum nennen wollen. Welche ganze Absicht doch nicht nur ungegründet sondern auch einer unausbleiblichen Misdeutung unterworfen ist indem die Pantheisten dergleichen Redensarten der Kirchenväter sehr gemisbraucht haben den wesentlichen Unterschied Gottes von den zufälligen Dingen dadurch zu leugnen und aufzuheben oder sich Gott als ein spatium universale vorgestellet haben in welchem alle andere Dinge der Einschliessung dem Raum und Ort nach anzutreffen seyn. Welches die Einheit Gottes weder erleutert noch auch bestätiget und erweiset." In oratione vero pergens explicat hoc magis ad demonstrandam dei unitatem pertinere quam propriam ejus notionem et definitionem efficere cum praesertim principii necessarii et rerum accidentium differentia infinita naturae eorum insita integra servanda sit ut ne accipiatur error pantheisticus qua ratione sententiis illis perquam abusos esse unde rerum accidentium deique confusionem derivaverint ut deus ipsa natura tota sit et res omnes accidentes non sint nisi modificationes substantiae illius unicae quae in rebus ce-

teris variis modis appareat. Id quod sine dubio Spinozam significat. Ad verba vero illa sub contextu invenimus animadversionem: Es würde mehr eine unitas imaginativa als vera seyn. Porro J. F. Cotta theologus Tubingensis in editione locorum theologicorum Jo. Gerhardi in tomo primo qui anno 1762 apparuit exemplo Gerhardino annexuit appendicem historiam doctrinae de deo exhibentem in qua: „solet" inquit „Spinozismus alias adpellari pantheismus quoniam vocabulum deus ex mente Spinozae praeter totum hocce universum significat nihil: licet vero multa complectatur absurda et tum experientia tum notionibus metaphysicis contraria, varios tamen recentiori hoc aevo invenit adseclas." Quales consignat F. van Leenhofo Wyermarsum comitem utrumque a Boulainvillierso et a Passerano, porro Tolandum Edelmannum ac scripta quae ad hos viros attinent accurate perscribit. Item Moshemius in institutionum hist. eccl. editione altera 1764 p. 744. 745: „primas tenent" inquit „inter discipulos Spinozae qui pantheistae a dogmate quod suum fecere quam a magistro appellari malunt Ludov. Meierus Medicus quo familiariter usus est, Lucas quidam Comes Boulainvilliers [de quibus notas adjicit] et quidam alii." Thorschmidti verba quae in libro: Engländische Freydenker-bibliothek t. III. 1766 p. 496 inveniuntur: „in seinem [scilicet Tolandi] Buche dem er den verdächtigen und ungewöhnlichen Titel Pantheistikon gegeben, hat er den Samen der Spinozistischen Gottlosigkeit ausgestreuet" jam supra ex parte afferenda fuerunt. In ejusdem bibliothecae (cujus opera optima etsi non ita abundaret ingenio nos quoque grate usi sumus) parte quarta quam anno proxime sequente foras emisit passim de Hiberni illius pantheismo atheismoque sive si despicientiae nomine eum notare vult de Atheisterey et Pantheisterey ejusdem saepius scriptitat. J. R. Schlegelius in historia ecclesiastica saeculi octavi decimi t. II. 784 p. 248 sq. Tolandum in eorum ordine ponit „welche zwar den Worten nach einen Gott bekannten, aber die Welt zu diesem Gott machten und folglich die Schöpfung der Welt läugneten und die man in der gelehrten Sprache Pantheisten nennt" qui rursus reponendi ei videntur inter atheos de quibus dicit: „sie läugnen das Daseyn eines von der Welt unterschiedenen unendlichen Schöpfers und Regenten der Welt." E regione atheorum et deistae seu naturalistae et indifferentistae quoad religionem attingunt collocantur. Pantheisti-

non vero censet continere „eine Liturgie für solche welche dem spinozistischen Pantheismus zugethan sind.“ Quod Spinozismi attributum juge pantheismi videatur ducere.

Respirantibus vero nobis cum appropinquemus tandem ad tempus quo interior Spinozanae doctrinae cognitio laetiora incrementa cepit laudandus nunc est Brunonis et Spinozae instaurator illustrissimus — vix opus est enunciare nomen F. H. Jacobii. Hic enim etsi Spinozam penitus intelligendi munus posteriori tempori repositum conditumque partim fuerit partim hodieque sit tamen intelligentiam quaenam vera fuerit philosophorum illorum doctrina accuratiorem quam quae ante eum invenitur et accendit ipse et doctos viros ut ad Jordani Benedictique studium iteratis curis conferrent sese incitavit. Praefatur finem propositi ad epistolarum illarum doctrinam Spinozae tractantium editionem alteram quae anno 1789 apparuit. „Mein Hauptzweck“ inquit „bei diesem Auszuge ist durch Zusammenstellung des Bruno mit dem Spinoza gleichsam die summa der Philosophie des ἓν και παν in meinem Buche darzulegen . . . Schwerlich kann man einen reineren und schöneren Umriss des Pantheismus im weitesten Verstande geben als ihn Bruno zog.“ Profligata vero confusa illa imaginatione ex qua Spinoza deum totum hocce universum esse contendisset quam sexcenties ruminati erant Buhlius Jacobii scripto ut videtur adductus in litterarum societate Gottingensi dissertationem legit „de ortu et progressu Pantheismi inde a Xenophane primo ejus auctore usque ad Spinozam“. Typis excripta est in commentationum societ. Gotting. vol. X. 1790. class. hist. p. 157—183. Pantheismum philosophus hic illud contendit esse „philosophema quo ponitur omnia quae sint ad unum redire idque unum esse deum.“ Porro post Xenophanem [jam Aristoteles in metaph. A. c. 5 ὁ Ξενοφάνης inquit πρῶτος τούτων ἑνίσας] pantheistas nominat Parmenidem Melissum excluso Zenone cum Gorgia et Leucippo Democrito iisque qui hos secuti sunt ac Stratone. Suspensae tenentur Scoti Erigenae Almarici Dinantii sententiae et descripta doctrina Brunonis accedit denique ad Spinozam. Quanquam vero de hoc argumento disputationibus multis modis emendatis nos melius edocti sumus, tamen ex universa pantheistarum sententia neutiquam confundi deum mundumque et neque Aristotelem redolere pantheismum neque idem so-

nare Spinozam ac philosophos Eleaticos ut alia taceam intelligere e Buhlii dissertatione illa licebat C. G. Jungio qui nihilo secius in sexta institutionis Doederleinianae editione quam „novis curis emendavit et auxit“ nihil quod attinet ad pantheismum ascriptione aut commutatione indigere videatur putavisse nisi quod in enunciationis fine bis poneret voculam aut pro duplici vel quod in priore editione anni 1784 legitur. Posita vero est sententia illa in parte priore (1797) ubi p. 268 de atheis ita disserit: „Horum quatuor fere classes vulgo constituunt et systemata Aristotelicum Stoicum Epicureum Eleaticum vel Spinosisticum quibus fere communis (praeter Epicurum qui providentiam tantummodo negat) error placet Pantheismi i. e. opinio quae Deum a mundo non discernit sed substantiam infinitam ac aeternam aut το παν aut animam mundi esse jubet.“ Incudem igitur eandem ac priores quosdam tundere sese ipse significat.

Ab uno e multis ad excelsum quendam animum ascendamus. Nec tamen multum tribuendum est libro 1817 demum edito: Immanuel Kants Vorlesungen über die philosophische Religionslehre quae scholae etiam Friderico magno rege habitae esse dicuntur praef. p. VI. Adhibetur p. 79 ad doctrinam Spinozanam formula illa quam apud Loewenum invenimus: Gott und die Welt ist eins. Omnia vero quae in certis Kanti libris de pantheismo dicta deprehendimus et ipse eodem anno scripsit quo anno Buhlii disputatio apparuit. Sunt enim sententiae duae in libro perquam varie existimato: Kritik der Urtheilskraft. In postremo paragraphi octogesimae membro eos qui materiae formarum ad finem objectivum quendam spectantium ultimam possibilitatis causam quaerant cui tamen mentem non tribuant, mundum totum libenter appellare dicit substantiam unicam omnia continentem quam sententiam pantheismi esse contendit sive quae non sit nisi accuratior hujusce argumenti explicatio. definire eos substantiam complexum modorum multorum substantiae unicae simplici inhaerentium qualis Spinozae doctrina fuerit idque utrumque ea ratione eos instituere ut cujusvis finis condicionem illam i. e. causae unitatem possint statuere. In qua re quomodo lapsi sint deinde instituit demonstrare. Simili ratione in §. 85 obvia fit sententia: . . . so führten sie den Idealismus der Endursachen ein: indem sie die so schwer herauszubringende Einheit einer

Menge zweckmässig verbundenen Substanzen statt der Caussalabhängigkeit von einer in die Inhärenz in einer verwandelten welches System in der Folge von Seiten der inhärirenden Weltwesen betrachtet als Pantheism, von Seiten des allein subsistirenden Subjects als Urwesens (späterhin) als Spinozism, nicht sowohl die Frage vom ersten Grunde der Zweckmässigkeit der Natur auflösete als sie vielmehr für nichtig erklärte . . . —

Personalismo opposuit pantheismum Schleiermacherus in orationibus de religione scriptis 1799. ed. 5. 1843. p. 259. 260 quo libro praesertim cum sententiae in eo inveniantur qualis haec: so ist sie [religio] ein Leben in der unendlichen Natur des ganzen, im einen und allen, in Gott, habend und besizend alles in Gott und Gott in allem l. c. p. 43. ipse sibi collegit crimen pantheismi.

Leviora quaedam ut quae auctor libri: Actenstücke in der Sache des Fichteschen Atheismus 1799 init. epist. III. et p. 83 attulit praetermittentes ad ipsum Fichtium accedamus. Hic atheismi crimine vulgo infamabatur ac neque in causae suae defensione cum quinque ejus appendiculis 1799 de pantheismo usquam mentionem facit et omnino haud scio an non inveniantur ulla philosophi hujus verba de notione pantheismi. Nec non erant qui et pantheistam eum appellarent. Legas enim in Ammonis summa theologiae christianae paragraphum 36 quam alteri editioni anni 1808 inseruit (cf. praef. p. IV.) „Atheismo adfinis“ (non igitur illius species nominatur) „pantheismus quo m u n d u m a d i p s a m D e i n a t u r a m p e r t i n e r e sumitur. . . Distinguimus“ (quam distinctionem sane in libris superiore tempore editis non invenimus) „pantheismum naturalem quo ὕλην infinitam Dei essentiam esse statuitur, Stoicum qui mundum animal esse docet cujus pars πλαστικὴ Deus sit, Dualisticum vel Spinozisticum quo numinis naturam infinita extensione et vi cogitandi absolvi existimatur et panlogisticum qui omnia quae sunt ab idea humana proficisci docet et creationem universi inter aegrotorum somnia refert.“ Ad hunc locum postremum paginae notantur e Fichtii Grundz. des Zeitalt. et Anweisung zum sel. Leben. Denique vero censet „pantheismum quemvis intolerabilem arrogantiam fovere, materialismo patrocinari, libertatem moralem tollere, numinis sanctitatem omnium facinorum et malefactorum infamia polluere, omnesque officii atque virtutis nervos in meri fatalismi lusum resolvere.“ Schle-

gelus vero cujus citat librum über die Sprache und Weisheit der Indier 1808 p. 140 pantheismum non definit nisi obiter „dass Alles Eins sey.“ Ibidem: „d. P. ist das System der reinen Vernunft.“

(Ad libros: [Thurn] Darstellung der Emanat. und Pantheistischen Vorstellungen der N. Tl. Schriftsteller in Scherers Schriftforscher II, 2. 1805 et über Emanation und Pantheismus der Vorwelt mit besonderer Rücksicht auf A. und N. T. Erf. 1806 256 S. aditus mihi non patnit).

Paulo post Schlegeli librum Schellingi apparuerunt quaestiones philosophae de natura libertatis humanae et de rebus ad eam pertinentibus philos. Schriften B. I. 1809 ad quem disputationem quae ante ingressum argumenti praeloquitur (cf. p. 428.) omnia continent quae apud philosophum hunc de pantheismi nominis notione dicta inveniuntur. Nam quae pervulgavit theologus ille nunc trisaeclisenex fide carent (saepius autem ibi pantheismi mentio injicitur) et quae ad Steffensi op. post. p. XIII. XIV legis repetita sunt. In libro vero libertatem tractante p. 402 subtiliter aggreditur sententiam his verbis prolatam: „das einzig mögliche System der Vernunft sey Pantheismus, dieser aber unvermeidlich Fatalismus“ (possintne Schlegeli verba illa quae modo attulimus aliud quid significare integrum relinquit). Nam inquit negari non posse videtur „dass wenn Pantheismus weiter nichts als die Lehre von der Immanenz der Dinge in Gott bezeichnete [quod p. 412. repetit, similiter p. 418 de doctrina Spinozana die Lehre vom Begriffenseyn aller Dinge in Gott] jede Vernunftansicht in irgend einem Sinn zu dieser Lehre hingezogen werden muss“ p. 403. Pari modo triennio post Schleiermacherus de philosophis Eleaticis disserens „in wiefern sie“ inquit „als Theologen pantheistisch sind und ob mehr als jede Philosophie es seyn muss lässt sich a priori und im Allgemeinen nicht ausmachen.“ Geschichte der Philosophie 1839 p. 60. Schellingus autem porro demonstrat posse quidem accommodari ad pantheismum illum doctrinam fatalisticam sed non necessario hanc cum illo conjunctam esse inde apparere quod omnibus temporibus homines permulti mystici et religiosi in quibus vigeret libertatis sensus ob eum ipsum ad artem illam sese applicaverint. Deinde pergit p. 404: „eine andre wie man gewöhnlich glaubt näher treffende Erklärung des Pantheismus ist allerdings die dass er in einer völligen Identification Gottes mit

den Dingen, einer Vermischung des Geschöpfs mit dem Schöpfer bestehe woraus noch eine Menge harter und unerträglicher Behauptungen abgeleitet werden." Attamen apud Spinozam qui doctrinae ejus praestantissimus ab adversariis proponatur deum a rebus toto genere disjunctum esse explicat et vincit. Sed dicant inquit qui sententiam illam defendunt: „es ist überhaupt beim Pantheismus nicht davon die Rede dass Gott alles ist (was nach der gewöhnlichen Vorstellung seiner Eigenschaften nicht gut zu vermeiden steht) sondern davon dass die Dinge nichts sind, dass dieses System alle Individualität aufhebt" p. 410. 411. Repugnare autem videri definitionem hancce priori illi nam si res nihil sint qui fieri potest ut deus cum iis confundatur? „Oder wenn ausser Gott (nicht bloss extra, sondern auch praeter Deum) nichts ist wie kann er anders als dem blossen Wort nach Alles seyn" p. 410. Etiam cadatne hoc in Spinozam dubitari posse. Porro si quis inquit pantheismi proprium esse contendat ut tollat non tam individualitatem quam nominant sed libertatem, multae philosophiae formae quae ceteroqui tamen ab illo sint diversissimae una notioni huic subjungendae essent. Profecto autem libertatis aut negationem aut affirmationem omnino ex re quadam prorsus alia quam e pantheismi comprobatione aut refutatione pendere videri. Tum formalem saltem libertatem cum pantheismo conciliari posse demonstrat. P. 422 partitionem quandam pantheismi affert: „ob es einzelne Dinge sind die einer absoluten Substanz oder eben so viele einzelne Willen die in einem Urwillen begriffen sind ist für den Pantheismus als solchen ganz einerlei. Er ist in dem ersten Fall realistisch, in dem andern idealistisch, der Grundbegriff aber bleibt derselbe." Emanationis vero quae dicitur doctrinam pantheismo minime esse oppositam cum rerum in deo existentia itaque pantheismus antecedat illam necesse sit p. 425.

Inspiciendus vero nunc demum est liber quidam gravissimus. Postquam enim tertia pars Herderiani libri Ideen zur Philosophie der Geschichte der Menschheit anno 1787 apparuit Chr. Jac. Krausus Kanti collega et familiaris argumentum ejus recensere et judicium de eo ferre constituit. Sed confecit solam descriptionem quandam quae ipso mortuo in libellis ejus varii generis t. V. 1812 typis expressa est. Inscripta vero est über den Pantheismus qua commentatione philosophum se exhibet ingenii mucrone

praeditum quem suo jure Herbartus in praefatione voluminis illius p. V. magni aestimavit. Pantheismi autem hyperphysicen quam dicit cujus ratiocinandi tenorem invictum esse aetatis illius homines putarent et cujus excellentiam praedicavisset Herderus in libro suo novissimo Spinozanae opinionis commentum deum esse arbitratus — hanc ipsam hyperphysicen jam in prioribus Herderiani libri voluminibus quod ad summam attinere, copiosissime vero in tertio hoc ad historiam generis humani censet applicatam esse idque ea ratione factum ut non solum variam humani generis fortunam omniaque animi nostri opera ratione et arbitrio haud exceptis intelligentia nostra comprehendi posse declararetur, verum etiam contenderetur leges quas omnia secuta nascantur et efficiantur in artem posse redigi. „Ein Versuch" inquit „der wie er auch beschaffen seyn mag schon durch seine Kühnheit und Neuheit allein den Reiz verstärken muss womit in unsern Tagen kräftiger als jemals Dank seinen Herolden der Pantheismus auf den abentheuerlichen Vorwitz der Zeitgenossen überhaupt sowohl als besonders auf die Lüsternheit speculativer Köpfe zumal von minder reifem und eben darum waghafterem Alter zu würken scheint" p. 8. 9. 10. At quomodo quaerit comprehendamus hunc scriptoris pantheismum qui vere Proteus esse videtur? Respondet ipse reperiri posse experientiae facta ex quibus philosophema quodvis quoniam animi humani natura efficiatur formatum sit atque cogitandi leges quas sequatur. Unde arma invicta ad evincendam Herderi quoque philosophiam sumenda esse „weil der Pantheismus schon dadurch dass er am Ganges wie am Rhein und im Zeitalter des Xenophanes wie des Spinoza und unter den Braminen und Lama's Kabbalisten und Mystikern Theologen und Philosophen kurz überall und immer und in allerlei Köpfen entstanden ist sich als ein ächtes Naturerzeugniss des menschlichen Geistes bewährt und seinen Ursprung in den allgemeinsten Thatsachen sowohl als einfachsten Denkgesetzen vermuthen lässt" p. 11. 12. Ubi igitur eum indagat. Exponit enim p. 14—19 observationibus empiricis hominem animum suum adducere posse ad sententiam quam his verbis scriptor concipit: „dass alles ein alleiniges Wesen sey." Quem pantheismum aut esse dualisticum („der Begriff von einer gesammten alles Denkende und Undenkende umfassenden Natur zu einem alleinigen Wesen hypostasirt") aut idealisticum aut materia-

listicum. Addit: „Erläuterung dieser Theorie durch Anwendung derselben auf den Mysticismus von Mikrokosmus und Makrokosmus auf die Emanationslehre auf das Annihilationssystem auf die Vorstellungsart der ersten ἑνιζοντων oder All-Einsern in Aristot. Metaph. I. c. 5. med." Alteram vero cogitationem „da ein alleiniges Wesen Alles sey" proprie intelligi non posse contendit p. 14 et 19 nisi speculatione quam dicit. „Zu diesem Urgrunde als dem Eins welches Alles sey lässt sich nun annehmen entweder I das Seyn oder II die Kraft oder III das Ganze (All) von einer gewissen Seite als Eins angesehen" p. 21. Primam illam doctrinam quam pp. 21—35 pertractat pantheismum logicum dicit posse nominari secundum Aristotelem qui talem formam Parmenidis philosophiae tribuisse videatur. Secundo loco in fine censet p. 42. 43. vim primam illam quae omne efficiendo ipsa sit omne, ad pantheismum quendam pertinere quem dynamicum appellandum proponit cujus aestimationem ex praecurrentibus (si e. c. ad Herderi deum applicetur) non posse esse difficilem. Tertiam vero illam pantheismi formam usque dum nomen magis aptum inveniatur Spinozisticam appellare suadet. De Spinoza denique acutius quam plurimi illius temporis disputat usque ad finem commentationis p. 50.

A Brunone contra pantheismi incusationem repulit Schleiermacherus. „Nämlich Pantheismus ist da wo über der Identification Gottes mit der Welt die Trennung ganz vernachlässigt wird." Gesch. der Phil. 1839 (scripta autem eodem anno quo Krausi disputatio typis expressa est) p. 250. Sed mox 1814 ratione diversa quae ad Krausi potius formam secundam attinere videtur definit pantheismum. Ponit enim in dialectica ed. 1839 p. 113 pantheistarum numen esse vim summam quae aut abstracta quaedam aut concreta sit. Kaiserus contra qui in theol. bibl. I. 1813 p. 149 pantheismum eam doctrinam esse dixit quae „das All zu Gott macht" hac ratione formam quam apud Krausum tertio loco invenimus censuerat unicam.

Krausi dissertationem illam cujus saltem mentionem non facit ignoravit fortasse quanquam multa legit ac pervolutavit scriptor libri memorabilis: Die Allgegenwart Gottes qui absolutus est ineunte anno 1816 (cf. praef.) prodiit anno qui proxime secutus est. Opportunius autem videtur ea quae de hoc

scripto nobis dicenda sunt post afferre quam argumenti summam percurrit lector. Praefationis p. III. doctrinam quam in oratione contexta exposuerit indice concinno significasse sese putat auctor. Pergit autem: in dissertatione ipsa doctrinam illam a se nominatam esse etiam pantheismum sensus transcendentem esotericum internum rationalem cujus notionem non esse aliam nisi notionem omnipraesentiae divinae. A pantheismo illo inquit materiali et inculto qui θεοφάνειαν sive divinitatem mundi comparentis docet pantheismus hic esotericus toto genere diversus est. „Denn der Gegenstand dieser Schrift ist kein in die äussern Sinne fallender Gott sondern das Wesen aller Wesen — ein auch in der Christenheit sehr bekannter und allgemein gebräuchlicher Ausdruck; — das allen Erscheinungen in intelligenter geistiger und materieller Rüchsicht zum Grunde liegende Göttliche, das intelligente schaffende bildende regierende Wesen der Welt; dass All des Uebersinnlichen ohne welches kein All des Sinnlichen, der Erscheinungen denkbar ist." In ipsa dissertatione legimus p. 21: universum illud sive πᾶν Graecorum complectitur non solam universitatem rerum apparentium, verum etiam earum substratum ubique necessario praesens quod tamen sensibus percipi non potest. Hac ratione doctrina de deo hic nominatur pantheismus cujus sententiam exprimunt fere versus illi Popii: „All are but parts of an stupendous whole. Whose body nature is and God the Soul." Duobus paginis post vocabula „der innern Natur (natura naturans) oder Gottes" quippe quae idem declarent conjunguntur. Porro p. 40: „Auch giebt es kein Ausser-der-Welt, kein Ueber- oder Ausser-der-Natur; wo Natur ist ist Gott, wo Gott ist ist Natur. . . Wo sein Wesen ist sind auch die Erscheinungen desselben und wo diese sind ist auch sein Wesen." Et pagina sequente: „Aus diesem reinen esoterischen Pantheismus entstand unmittelbar der exoterische materielle Pantheismus der das All der Erscheinungen zu Gott machte indem er das Wesen Gottes aus der innern übersinnlichen Natur wegnahm und auf die Gesammtheit der Erscheinungen übertrug und aus diesem erzeugte sich unmittelbar der Polytheismus der mit dem materiellen Pantheismus in eben so naher Berührung steht wie dieser mit dem esoterischen geistigen." A capite quarto usque ad septimum decimum pp. 48—483 monstrare instituit pantheismum apud Indos

Persas Chaldaeos Aegyptios Graecos, in Eddae carminibus, inter Druidas, in philosophia novorum Platonicorum et Alexandrina, apud Hebraeos Essaeos Jesum et in religione ab hoc instituta, in libris Cabbalae, apud Gnosticos atque adumbrare esoterici quem dicit pantheismi sive doctrinae de omnipraesentia Dei in christianismi sinu et gremio propagationem conservationemque studet. Locus de Jesu primo exponit magnum hunc reformatorem eo tetendisse ut religionem antiquissimam quae fuerit pantheismus ille esotericus ex Essaeorum doctrina restitueret. Quam rem universe inde probari quod Deus nominetur pater in coelo, coelum vero rationi convenienté modo intelligi non posse alio ac naturae universitatem immensitatemque quae terram quoque nostram complectatur. Mire addit cum in novi foederis scriptis nusquam significetur deum personam quandam esse singularem vel individuum quod dicunt determinatum quoddam et cum sine dubio Jesus sicut omnes viri magni sagacesque aetatis illius et superioris anthropomorphitae non fuerint concedendum esse Jesum cogitatione deum complexum esse non alium nisi essentiam maxime generalem quae naturam totam intelligentia sapientia justitia beneficentia regat animet ornet. Videtur igitur personam dicere solam finitam hominis. Caput octavum decimum postremas viginti paginas continens proponit summam pantheismi esoterici secundum auctoris libri hujus sententiam non pendentem ut ipse dicit ab ulla opinione virorum praecedentium. Affirmat in articulo quinto: reperiri in dei sicut in hominis essentia trinitatem quandam intelligentiam animum materiem. Easdem partes constituere dicit internam essentiam vel naturam ejus quod soleamus nominare universum sive mundum. Concludimus delectum nostrum articuli 42 finem excribentes: „Beide esoterischer Pantheismus und Christenthum durchdringen sich also und können nicht getrennt werden. Beide sind Eins, Pantheismus liegt in dem Christenthume und Christenthum in dem Pantheismus.“ — Itaque saeculo ipso postquam pantheus qui se primus nominavit epistolas concepit illas recens haec doctrina composita est ac prima est ab editione pantheistici explanatio viri qui ipse se pantheistam audet nominare. Jam mirum est quod Schleiermacherus in libro de fide christiana scripto §. 15, 5 in fine dixit: „der Name [pantheismi] ist nicht ein solcher den sich Einzelne oder Schulen und Partheien [sane

quod ad alterum hoc attinet societatem illam socraticam a Tolando adumbratam esse veri simile est] sondern er ist nur als Neck- oder Schimpfnamen eingeschlichen." Quam sententiam verbis fere iisdem repetit in edit. alt. 1830 I. p. 54. Eodem spectant quae Romangus scripsit in libro: System der natürlichen Religionslehre p. 156. 157: „Niemand hat noch seine Weisheit oder seinen Glauben selbst so benannt." Quod quamvis modo confirmaverit paulo tamen post pro judicio suo saepissime fluctuante suspensoque relaxatior sententia incurrit in oculus „Pantheismus hat wohl noch keiner selbst seine Lehre geheissen und diejenigen deren Lehren von Andern so benannt werden beklagen sich als über Anheftung eines boshaften Spitznamens." Simili ratione Rettbergus in libro postumo philosophiam religionis tractante 1850 p. 75: „der Name Pantheismus ist hier [ad Spinozae doctrinam nominandam] gewiss begründet wenn auch kein Philosoph denselben auf sich anwendet oder übernimmt so dass der Name vielmehr nur von den Gegnern als Neck- und Spottname ausgehet." Ast cum Schleiermacherus illa scriberet vix quadriennium praeterierat ex quo disputatio illa de dei omnipraesentia foras emissa erat; verum etiam fictum est pantheistae vocabulum non ab eorum adversariis sed uti supra demonstravimus ab homine quodam qui in illo nomine gloriabatur. Adjiciamus quae Goethius vir musis amicissimus et rerum naturalium peritus anno 1813 ad Jacobium amicum scripsit: „als Dichter bin ich Polytheist, als Naturforscher Pantheist." Ad omnia tamen verum videatur esse nominatim profiteri pantheismum non ausos fuisse viros illos: poeta enim non exaravit illud nisi in epistola familiari, Tolandus symbolico saltem libro illi non praescripsit nomen suum quapropter de auctore ejus revera olim disputatum est, die Allgegenwart Gottes quoque sublato scriptoris nomine pervulgata est. Nunc sane nobis nota sunt nomina cum libri quoque postremo dicti auctorem patefecerit Bretschneiderus (quippe qui vixerit Gothae ubi ille duobus annis ante editus erat) in libro: Systemat. Entwickelung aller in der Dogmat. vorkomm. Begriffe. editio altera 1819. Est enim Schack Hermann Ewald. Non ignoravit Ewaldus pantheum Hibernum qui a Thorschmidti bibliotheca illa per annos circiter triginta in oblivionem paulatim adductus erat cum partim ad Spinozam et philosophos etiam superiores qui pantheismi nomine

appellabantur oculi relati essent partim viri aequales qui illis existimabantur similes hominum animos attentos tenerent. At Ewaldus excerpta affert pp. 240 sq. e libro rarissimo: collection of several pieces cet. London 1726 qui disputationes quasdam Tolandi continet, Nazarenum quoque eum legisse liquet e p. 458, etiam quae contendit, Mosem fuisse pantheistam, a Tolandi originibus Judaicis hausisse videatur. Tolandini ingenii aciem quam laudat Ewaldus ipsi tribuere non possumus quanquam *eruditione* fortasse illum aequiparavit. Sed scatet Ewaldi liber sententiis pravis distortisque e quibus tamen nonnulla ad discendum fructuosa explorabis. E temporum quoque statu Ewaldo cum Tolando similitudo quaedam intercedit. Namque hic ut vixit aetate pietismi qui dicitur arietantis lapidescentem dogmatismum, ita librum confecit ille cum rationalistarum quos vocant *sidus* vepallidum praeceps jam ad occasum esset cum ejus tenuitas jejunitasque et conscinderetur profundiore quadam philosophia et propulsaretur permotionibus animorum fide christiana denuo effervescentium. Unde colorem quendam mysticum bibisse videatur hoc quoque litterarum monumentum insolens.

Bretschneiderus autem cujus mentionem injiceremus jam oportuit de pantheismo sententias has attulit. In libri citati editione prima anni 1805 p. 186 eum qui numen non diversum a mundo cogitatione complectatur sed non esse nisi modificationes substantiae divinae velit pantheistam nominat a quo disjungit atheistas materialistas theistas idealistas dualistas. Novem annis post in libro qui theologiam dogmaticam pertractat t. I. §. 59 decedere putat de objectivitate quam dicit primo idealistas, deinde „die Pantheisten (Universalisten) welche Gott und Welt als ein Absolutes betrachtet nur für Eins oder wie Spinoza die Welt nur für Modificationen der göttlichen Substanz halten.“ Tertio materalismum, denique atheismum definit. In libro illo anno 1819 alterum edito de quo supra locuti sumus §. 5 ponit atheismum negare aut objectivam et subjectivam veritatem idearum religionis quam formam naturalismi vel materialismi nomine appellandam esse censet aut objectivam realitatem idearum religionis quibus solam subjectivam fidem tribuat ut idealismum Fichtianum. Aut denique negare subjectivam realitatem idearum religionis ut pantheismum cujus formam proponit duplicem alteram ideali-

sticam quam Spinoza docuerit qui omne subjectivum modificationem substantiae divinae censuerit mundumque in deum converterit alteram naturalisticam ad quam spectet Schellingus ejusque asseclae quippe qui naturam et deum unum idemque esse praedicantes deum dissolvant totumque mundum contendant absolutum esse. §. 72 quoque e pantheismi sententia deum et mundum vel mundum et deum idem esse docet.

Anno proxime sequente Baumgarten-Crusius edidit librum Einleitung in das Studium der Dogmatik. §. 14: „Die Naturreligion" inquit [cujus proprium esse dixerat §. 13. Unklarheit des urspr. Selbstbewusstseins ohne Glauben] „ist theoretisch genommen Pantheismus, praktisch durchgeführt Polytheismus." Pantheismum cum emanatismo non confundendum esse docet §. 15. cum ann. 1. Adjicit „und wenn er sich irgend in der Gestalt gefunden hat dass Gott für den Inbegriff der Erscheinungen gehalten worden ist so hat er den Namen sich fälschlich angemasst und ist eigentlich Atheismus gewesen." Tamen in ann. de propositione hac „man kann sie" inquit „nach einem bekannten Sprachgebrauche den mathematischen Pantheismus nennen" quo nihil aliud revera contendi dicit nisi deum nullum esse mundumque esse supremum quod existat qua ratione philosophos Eleaticos deum mundum nominasse. E propria vero utraque pantheismi forma magis vulgarem esse dicit §. 16 eam quae deum appellet „naturam naturantem eine gesetzmässige Naturkraft" quae in naturis individuis excolatur et in animorum ordine personam quandam adipiscatur infinitam. Qua sententia non necessario tolli singulorum immortalitatem. Hanc pantheismi formam imprimis adhaerere rationalistis qui dicantur, alteram vero esse Spinozismum (cf. ann. 2) eumque progressionem illam non necessariam esse ponere. Pantheismum ergo non esse Spinozismum quae utraque formula quod a Mendelssohno semper confundatur reprehendit.

In prooemio theologiae dogmaticae et ipse Schleiermacherus tractat pantheismum ac loco quodam recondito ut ipse dicit in ed. alt., eum enim non artius pertinere censet ad argumentum propositum. In prima vero editione quae anno 1821 in publicum data est I. p. 618 pantheismum polytheisticum haud secus ac monotheisticum posse esse demonstravit. Totum enim quod deus appelletur et unum et multa esse ac Platonis deos natos illos

per se spectatos ad pantheismum quendam attinere polytheisticum. Paulo post „sofern der Pantheismus“ inquit „nur wirklich ein Theismus ist sind in ihm ebenfalls wie im Monotheismus Gott und Welt zusammengehörig und zugleich im Gedanken wie im Gefühl geschieden.“ In libro hoc alterum edito I. p. 54 pantheismum cum pietate conciliari posse comprobavit „sofern nämlich Pantheismus doch irgend eine Art und Weise des Theismus ausdrücken soll und das Wort nicht lediglich und überall nur eine verlarvte materialistische Negation des Theismus ist.“ Quam sententiam postquam exemplis quibusdam illustravit „denken wir uns aber“ inquit „die höchste Stufe der Frömmigkeit und halten dem gemäss auch den Pantheismus an der gewöhnlichen Formel Eins und Alles fest: so werden dann doch Gott und Welt wenigstens der Function nach geschieden bleiben und also kann auch ein solcher indem er sich in die Welt mit einrechnet sich mit diesem All abhängig fühlen von dem was das Eins ist dazu.“ Cf. notas quoque quas cum eodem tempore quo librum de fide christiana primo typis exprimeretur, tertio sub prelum revocatae sunt orationes illae de religione scriptae libro huic adjecit: ed. 5. ann. 4 ad orat. 1, porro p. 125 (All Einheitler). 138. 299.

Jam accedendum nobis est ad Tholucki librum quo Ssufismum sive theosophiam Persarum pantheisticam pertractavit (1821). Ita discernit p. 75: „Emanatismus doctrina illa antiqua (apud plurimas gentes) vocanda est respectu ad placitum de origine mundi ex Deo, Pantheismus eatenus quoad malum tollit hominemque propemodum in aequo ponit Deo.“ Inferiore loco pp. 143. sq. censet unificatione (ittihâd) ubi in Deum transferatur id significari videri pantheismi genus quod Baumgarten-Crusius haud inepte m a t h e m a t i c u m appellaverit „ni forte malueris n u m e r i c u m nuncupare.“ Deinde antiquiorem fuisse emanatismum ratus „serioribus vero temporibus“ inquit „magis magisque ea doctrina invaluit quae Deum quasi enasci et constitui docet e hominum rerumque universa comprehensione cujus pantheismi germanus frater est polytheismus nam scite observante cl. Ouwaroffio (Nonnos von Panopolis, der Dichter. Petersb. 1817. p. 24) vulgus o m n i a vult D e o s e s s e, philosophus D e u m e s s e o m n i a.“ Biennio post idem confecit librum aureolum et quasi scaturigines aestuosas: die Lehre von der Sünde und vom Versöhner. Ad propositum nostrum ma-

xime attinet appendix ejus altera ed. sept. p. 175—210, praeterea cf. p. 218. P. 176 eo usque dicit novissimam philosophiae formam progressam esse ut praeter pantheismum quendam idealisticum philosophiam ullam veram esse non concederet. Annotatione subjecta exponit sectas diversas variasque pantheisticas omnes hoc nomen aspernari quamvis ipse Schellingus confessus sit omnino omnem philosophiam veram quodammodo debere esse pantheismum (significare videtur scriptor locum quem supra ex Schellingi libro de libertate scripto attulimus.) Concedere eas summum ut materialistae Francogallici ita appellentur. Sed non esse quod non idealistae pari modo nominentur pantheistae cum deum supramundanum non ponant. In hac ipsa re materialistam sibi constantem ab idealista haud differre licet alias differat quam maxime. Postea reprehenso Schellingo addit p. 182: „doch der pantheistische Bettler steht näher an der Himmelspforte als der mit entwendeten Lappen behangene Deist, auch sind von jenen in dieser Zeit schon manche hineingelassen worden. Gaudeatis cum tremore!" Orditur novum orationis membrum: „Da diese Lehre dem anmassenden Weisheitsdünkel der Menschen am meisten genügt so ist sie auch so alt als der Mensch [cf. Kraus. p. 12]. . . Es wechselte auch ihre Behandlungsart je nach den verschiedenen Geistesrichtungen der Menschen. Es giebt nämlich einen Pantheismus des Begriffs, einen Pantheismus der Phantasie und einen Pantheismus des Gefühls." (Nomen All-Einslehre paulo infra invenitur.) Quorum postea exprimit imaginem. — Idem Tholuckus in libro laeto lautoque: Blüthensammlung aus der morgenländischen Mystik 1825 contendit p. 12 patere menti humanae viam duplicem qua de rerum natura possit judicare: aut enim esse causam quandam omnium condicionem qua posita hominem non vere esse nec liberam voluntatem habere aut si reapse sit diversus a causa illa hanc non absolutam posse esse.

Huic sententiae occurrit Hegelus in editione altera disciplinarum philosopharum 1827. Dicit enim in praefationis annotatione quadam: „indem er auf die eine Seite seines vermeintlich philosophischen Dilemma's den Urgrund stellt und dieselbe nachher S. 33. 38. als pantheistisch bezeichnet so charakterisirt er die andere als die der Socinianer Pelagianer [hos non attulit ille] und [„mehrerer" addiderat Tholuckus] Popularphilosophen so dass

es auf derselben „„keinen unendlichen Gott sondern eine grosse Anzahl Götter gebe nämlich die Zahl aller derer Wesen die von dem sogenannten Urgrunde verschieden sind und ein eignes Seyn und Handeln haben nebst jenem sogenannten Urgrunde."" [Videas apud Th. pp. 12. 13.] In der That giebt es so auf dieser Seite nicht blos eine grosse Anzahl von Göttern sondern Alles (alles Endliche gilt hier dafür ein eignes Seyn zu haben) sind Götter; auf dieser Seite hat Hr. Th. hiemit in *der That* seine Allesgötterei seinen Pantheismus ausdrücklich, nicht auf der ersten zu deren Gott er ausdrücklich den Einen Urgrund macht wo somit nur Monotheismus ist." Pantheismum igitur hoc loco diserte censet Hegelus non monotheismum esse. Cum vero ipse lectorem deleget ad annotationem quandam libri finem versus in qua rem fusius se explicavisse dicit inspiciamus necesse est quid loco illo scripserit. Significat vero paragraphum 573 consideratione revera dignissimam in qua in locum criminis atheismi vel doctrinae ejus cui parum quasi *numinis relinquatur* successisse disputat probrum pantheismi qui contra dei nimium habere videatur. Homines loqui vulgo quasi de re notissima philosophiam fovere pantheismum sive All-Einslehre cujus hanc esse notionem popularem „dass Alles d. h. die empirischen Dinge ohne Unterschied die höher geachteten wie die gemeinen sey Substantialität besitze und diess Seyn der weltlichen Dinge sey Gott." Negat vero ab ullo unquam philosopho seu homine ullo doctrinam hanc prolatam esse (cf. ejusd. Religionsphil. ed. alt. I. p. 94. et acerbius II. p. 509). Ab Indis enim qui maxime verbosi sint inter populos qui regionem orientis incolant proprie pantheisticos non cantari pantheismum illum sed potius videri posse iis qui accedant ad considerandos illos polytheismum quendam eos coluisse. At cum Krischnas *το παν* se esse ipse dicat, Indorum religionem non falso appellari monotheismum. Pergit: „Aber diese Einheit Gottes und zwar geistigen Gottes ist so wenig konkret in sich, so zu sagen so kraftlos dass die indische Religion die ungeheure Verwirrung ist eben so sehr der tollste Polytheismus zu sein. Aber die Abgötterei des elenden Indiers indem er den Affen oder was sonst anbetet ist immer noch nicht jene elende Vorstellung des Pantheismus dass Alles Gott, Gott Alles sey." Observes discrimen inter inversas has sententias

non indicari. Paulò post pantheismum illum sumta ejus notione tritissima sed parum accurata vel monotheismum posse nominari censet nam cum ex illa deum mundumque idem esse dicat pantheismus, mundus vero non sit nisi unus, pantheismum hunc unum solum deum statuere. „Nur die im unbestimmten Blauen schwebende Vorstellung von der Welt als einem Dinge dem All konnte man etwa mit Gott verknüpfbar ansehn. . . Denn wäre die Welt wie sie ist als Alles als die endlose Menge der empirischen Existenzen genommen worden so hätte man doch wohl nicht es auch nur für möglich gehalten dass es einen Pantheismus gegeben der von solchem Inhalte behauptet habe er sei Gott.“ Itaque cum in praefationis annotatione illa pantheismum omnia deos esse contendere, ergo monotheismo oppositum esse dixerit, hic contra ex opinione vulgari monotheismum eum esse ponit qui omne deum esse putet. Philosophiae artes porro quibus praeter religionis formas quasdam pantheismi nomen datum sit e. g. Eleaticam et Spinozanam antea jam dixisse sese commemorat minime deum cum mundo confundere cum huic veritatem omnino non tribuant quare monotheismos et acosmismos rectius appellari. Accuratissime tamen censet ita definiri ut systemata quae absolutam essentiam solam substantiam esse contendant appellentur. Quod systematum substantialitatis nomen defendit in scholis quoque de philosophia religionis habitis ed. alt. 1840. I. pp. 93. 390 ss. II. 510. De nomine illo quod reprobat ita disserit I. p. 390: „Der Ausdruck Pantheismus hat das Zweideutige welches die Allgemeinheit überhaupt hat. Ἑν και παν heisst das Eine All, das All welches schlechthin eines bleibt [quod p. sq. die Allgemeinheit des Denkens, die substantielle Allgemeinheit dicit] aber παν heisst auch Alles und so ist es dass es in die gedankenlose schlechte unphilosophische Vorstellung übergeht [quam notionem paulo post Reflexionsallgemeinheit Allheit esse definit. cf. pp 93. 94.] So versteht man unter Pantheismus die Allesgötterei [sic ipse in encyclopaediae praefatione uti supra demonstravimus] — nicht Allgötterei: denn in der Allgötterei wenn Gott das All wäre ist nur Ein Gott; im All sind absorbirt die einzelnen Dinge und sind sie nur Schatten Schemen: sie kommen und gehen, ihr Seyn ist eben diess dass es verschwindet [de hac notione disserit in fine encyclopaediae].

In jenem ersten Sinn aber muthet man der Philosophie zu dass sie Pantheismus sey. So sprechen besonders die Theologen.“ Parum vero sibi constans illam Allgemeinheit des Denkens simpliciter nominat Allgemeinheit atque opponit ei Allheit p. 392: „Pantheismus ist ein schlechter Ausdruck weil dies Missverständniss darin möglich ist dass πᾶν genommen wird als Allheit, nicht als Allgemeinheit.“ Ad illam vero respiciens in partis posterioris appendice quae est de argumentis quibus existentia dei *probari solet* p. 509 opinionem vituperat falsam „dass in pantheistischer Religion oder Philosophie Alles d. h. jede Existenz in ihrer Endlichkeit und Einzelnheit seyend als Gott oder als ein Gott ausgesprochen, das Endliche als seyend vergöttert werde . . . so stellt er [der bornirte Schulverstand] sich den Pantheismus vor indem er das πᾶν in dieser bestimmten Kategorie von Allem und jedem Einzelnen nimmt.“ — Attamen nomine cujus reprehendit ambiguitatem ipse utitur e. c. in historia philosophiae t. III. p. 15 de Romanis quodammodo, p. 115. 117 de orientalibus poetis, rerum scriptoribus, philosophis. In eodem libro p. 371 legimus: „Der Katechismus sagt: Gott ist allgegenwärtig: entwickelt man diese Allgegenwart so führt das auf Spinozismus und doch sprechen die Theologen dann gegen das Identitätssystem und schreien da über Pantheismus.“ Quid vero haec sibi volunt? Significatne pantheismum non respuendum esse cum ex omnipraesentiae doctrina quam ecclesia tradat necessario efficiatur? Attamen alias prorsus aspernatur pantheismum. An si hoc quoque loco reprobat eum et ipsam omnipraesentiam negat ne denuo ad illum revocetur? Sed catechismo adeo infestus esse qui potest cum in ejusdem libri t. I. p. 89 aperte dixerit: wir Lutheraner, ich bin es und will es bleiben — ? Hic hactenus. — Mox L. G. Weissius in disputatione „über die eigentliche Grenze des Pantheismus und des philosophischen Theismus. Mit besonderer Beziehung auf Hegels Vorlesungen über die Philosophie der Religion“ in Sengleri libellis menstruis: religiöse Zeitschrift für das katholische Deutschland 1833 t. I. fasc. 1. p. 34 occurrit Hegelo: „das Wort All (πᾶν) aber bezeichnet schon in jener aus der Philosophie des Alterthums entlehnten Formel Ein und Alles aus welcher der Ausdruck Pantheismus wohl sich herleiten dürfte nichts weniger als äusserliche Totalität auf die Hegel es einzig zu beziehen sich

berechtigt meint und wir können sonach Hegels Deutung nicht einmal etymologisch für die richtige erkennen." P. sq. „Wir behaupten dass die Speculation um zu dem ächt philosophischen Begriffe der Gottheit durchzudringen durch den Pantheismus hindurch muss und dass daher auch einer ächt religiösen Philosophie welche diesen Durchgang vollbracht hat etwas anhängen wird das wie Pantheismus aussieht und von einer philosophisch ungebildeten Religiösität für Pantheismus genommen wird." Cujus definitio quaedam in his potissimum verbis inveniatur: „Die Anklage des Pantheismus gegen die speculative Philosophie überhaupt ausgesprochen meint eigentlich nichts anders als dass dieser Wissenschaft der Begriff der Gottheit einer und derselbe mit dem Begriffe der philosophischen Wahrheit sey." p. 57. Postea Hegeli doctrinam pantheisticam esse commonstrare studet. —

Hegelo jam mortuo absolutus est liber tripartitus Jaeschii: Der Pantheismus nach seinen verschiedenen Hauptformen, seinem Ursprung und Fortgange, seinem speculativen und praktischen Werth und Gehalt cujus pars prima 240 pp. continens jam anno 1826 edita erat. P. 13. vocabulum de quo quaeritur aliter explicari non posse dicit atque „dasjenige System nach welchem Gott Alles oder das All ist." Quam sententiam versicolorem qualem ipse putat p. 19 ita circumscribit: „diejenige Lehre welche das Verhältniss Gottes zur Welt als ein Verhältniss der Immanenz oder des Begriffenseins der Dinge in Gott vorstellt." Cum hanc definitionem ponat mirum est quod philosophos Eleaticos ex albo pantheistico non sustulerit ante quam ut ipse in tomi secundi praefatione dicit censor quidam animum ipsius adduxerit ad simplicem nec discretam naturam τοῦ παντὸς quam docuerunt philosophi illi quibus ideo notio mundi i. e. multitudinis rerum mutabilium prorsus defuerit. p. XXIV. XXV. XXVII. XLVII. At in volumine primo quod praemissis universis observationibus doctrinam τοῦ ἑνὸς καὶ παντὸς apud veteres Graecorum philosophos complectitur primo loco exposuerat doctrinam Eleaticam pp. 107 — 164. Deinde pertractaverat Jonios Italos Stoicos. Brahmaismus et Shivaismus Vischnuismusque et Buddhismus cum Cabbala, Gnosticis, novis qui Alexandriae floruerunt Platonicis ordiuntur partem secundam (1828. 325 pp.) Quod caput sequuntur duo: alterum quo disputat de pantheismo transeunte in christianam

theologiam et conformato ad artem philosophiae christianae apud patres ecclesiae, Scholasticos, Campanellam, alterum doctrinas explanans Brunonis et Spinozae. Tertia pars (1832 pp. 399) vagatur imprimis per Fichtium Schellingum Hegelum annexis observationibus criticis de dignitate pantheismi et theoretica et practica. Ita sententiam quam injecit Krausus excepit Jaeschius et explanavit, pantheismum nempe quem licet non prorsus eadem *ratione* Protea uterque dixit quaqua aetate valuisse post *primos homines* philosophatos commonstrare studet. Etiam in disponendis sententiis admodum pendet e Krausi judicio cf. t. I. p. V. Ewaldum quoque qui et ipse historiam pantheismi enarrare studuerat non ignoravit. v. l. c. p. 12. — Adductus saeculi ingenio et occasione data primo Jaeschiani operis volumine Henricus Ritterus libellum composuit: Die Halb-Kantianer und der Pantheismus: 1827. Alia de quibus cum Jaeschio quem Semi-Kantianum vocat digladiatur praeterveeti pantheismi definitionem excribamus: „ich kann mich nicht überzeugen dass die Lehre welche Gott in der Welt und die Welt in Gott erblickt Pantheismus sei. Wenn aber hierin der Pantheismus nicht liegt so bleiben wir bei unsrer alten Meinung er liege nur in der Aufhebung des Unterschiedes zwischen Gott und der Welt so dass entweder Gott zur Welt oder die Welt zu Gott gemacht werde, also in der That entweder Gott allein oder die Welt allein sei." p. 47. (De pantheismi crimine quod in ipsum quoque collatum erat cf. p. I.) Jam antea in libro: Abriss der philosophischen Logik 1824 p. 260. dixisse eum invenimus pantheismum vulgo nominari doctrinam utramque et quae deum et quae mundum tollat. „Wegen dieser Vermischung in dem Begriffe des Pantheismus ist es dann auch wohl geschehen dass man jetzt über ihn oft so verworren spricht dass man bald nicht mehr wissen wird was man mit diesem Worte sagen wolle." Male ominata verba! Etiamsi enim summo studio construxit Jaeschius formas varias doctrinae quae dicebatur pantheistica, tamen confusionem qua cotidianus loquendi usus tenebatur demovere minime potuit.

At desisto peragrare hic pedetentim codicum et codicillorum multitudinem quoad fecerunt mentionem pantheismi, profecto enim omnes quoscunque scriptores librorumque levidensium confectores

etiamsi possem enumerare digerere percensere singulatim quid juvaret? Libri plurimi postea editi ad pantheismi nominis notionem tamen illustrius quae mea est cognitio haud attulerunt. Quare sufficiet librorum et capitum quorundam memorata dignorum quae ex illo tempore partim ad pantheismum ipsum tractandum conscripta sunt partim per transennam praetereuntes argumentum illud aspexerunt exhibere indicem exilem jejunumque exceptis tamen scriptis quae theologiam dogmaticam seu philosophiam religionis tractant ut in quibus locus ille non deesse soleat. — 1832. v. Blumröder über die verschiednen Formen in welchen der Pantheismus oder die Weltvergötterung in neuerer Zeit aufgetreten ist nebst Winken über die verderblichen Tendenzen des politischen Pantheismus. (non solum de politico verum etiam de juridico quodam pantheismo locuti sunt de qua re v. Krugum loco paulo infra citato t. V. 2. p. 116.) — Philosophia Cabbalistica et pantheismus. ex fontibus primariis adumbravit atque inter se comparavit M. Freystadt. Regim. Pruss. — 1833. E. Schmidt über das Absolute und das Bedingte. Mit besonderer Beziehung auf den Pantheismus. Ein skeptischer Versuch. imprimis p. 63. — Krug encyklopädisch-philosophisches Lexikon ed. alt. v. III. p. 146—149. — Cousin fragmens philosophiques ed. alt. cujus libri praefationi a Beckerso in linguam germanicam conversae (ibi de panth p. 25—29) praefationem adjecit Schellingus 1834. — 1835 Ant. Günther: Thomas a Scrupulis. Zur Transfiguration der Persönlichkeits-Pantheismen neuerer Zeit. — 1837 P. Volkmuth der dreieinige Pantheismus von Thales bis Hegel. („Das dreifach verabsolutirte Relativum der christlichen Trinität als stoischer Gott-Vater, schellingischer Gott-Sohn und spinozistischer Gott-heiliger-Geist".) — 1838 Krug encykl.-philos. Lex. tomus quintus supplendo operi additus p. II. p. 114—116. — Schalleri caput de pantheismo in encycl. Halensi p. 445—469. — 1839 C. Ph. Fischer die Idee der Gottheit. — 1841. F. W. Richter Pantheismus und Pantheismusfurcht. — 1842 Maret der Pantheismus in den modernen Gesellschaften ed. alt. — Martensen Meister Eckart p. 33. 34. — 1844 Deinhardt Beiträge zur religiösen Erkenntniss p. 45. ss. die logische Grundlage des Pantheismus. — H. Weisse die Idee der Gottheit ed. alt. — 1845 Haussmann der moderne Pantheismus. — Rosenkranz Encycl. der theol. Wiss. ed.

alt. p. 23. 24. — Sengler die Idee Gottes I. p. 104. ss. — 1847. cf. libellos ad Zelleri causam disceptandam scriptos, imprimis Riesi et Romangi. — Romang der neueste Pantheismus oder die junghegelsche Weltanschauung nach ihren theoretischen Grundlagen und praktischen Konsequenzen pp. XIV et 277. — 1848. v. Schaden über den Gegensatz des theistischen und pantheistischen Standpunktes. pp. 240. — 1849. (Robert Hunt: Panthea [quae est] the spirit of nature. Fabula Romanensis *doctrinae causa* et propter magnificam ac generosam quandam rationem dicendi dignissima quae nostratibus quoque nota fiat.) — J. V. Mayer Theismus und Pantheismus mit besonderer Rücksicht auf praktische Fragen. — Sed e scriptis quibusdam praecellentibus quoad argumentum attingunt nostrum nonnulla liceat afferamus. Viri enim subtilioris ingenii cum illam viderent loquendi usus perturbationem aut hominum indiligentiam in crimen vocare potuerunt aut derivare culpam ad ipsum vocabulum pantheismi quippe quod non unius significationis sit. Hoc censuit K. C. F. Krausius qui cum omnino infensus esset traductis in patrium sermonem vocabulis alienigenis e pantheismi nomine certam quandam sententiam elicere prorsus desperavit. In libro nimis neglecto quem de philosophia religionis scripsit qui jam anno 1827 confectus septem demum annis post auctore mortuo pervulgatus est vol. I. p. 370 de argumento illo disserit. In annotatione enim postquam particulae priori vocabuli illius compositi definitionem non inesse disputavit: „die andere Hälfte des Wortes“ inquit „ist eben so unbestimmt indem man dabei sowol Gott selbst als Ein Wesen als auch heidnisch mehrere Götter im Sinne haben kann. In welcher Beziehung aber παν und θεος oder θεοι zusammengedacht werden sollen lässt das Wort ebenfalls ganz unbestimmt.“ Porro p. hac cum sequente legimus: „das Wort Pantheismus ist vieldeutig da es unbestimmt lässt ob alles Gott seyn soll oder ob Gott alles seyn soll oder ob alles bloss gottähnlich oder ob alles bloss in Gott und durch Gott seyn *soll* ferner ob Pan das All oder Alles und Jedes als dieses bestimmte genommen oder beides zugleich bedeuten soll ferner ob unter dem All das Eine Ganze vor und über jeder Theilheit oder in der vereinten Theilheit als Vereinganzes oder beides zugleich verstanden werde.“ Cf. quoque p. 497. — At eodem ipso anno

pantheismi notionem destinavit J. E. Erdmannus in Brunonis Baueri actis philosophis: Zeitschrift für die spekulative Theologie in quorum fasciculo primo p. 267—276 editor disputatione calamistris logicis inusta pantheismum intra rationalismum et supranaturalismum monstrare conatus erat. Inscripsit vero Erdmannus dissertationem suam quae in fasciculo secundo p. 133—157 legitur: Pantheismus die Grundlage der Religion cujus similem sententiam supra apud Weissium invenimus. In definiendo vero pantheismo ita disserit. Repellendos esse eos qui pantheismum eam esse doctrinam dicant quae omne deum esse contendat. Talem vero sententiam quae usque a Baylio Spinozae objectata esset profecto nunquam extitisse. Attamen extitisse pantheismum. Nam nomen hoc si comparemus cum similiter fictis apparere etiam compositionem ad notionem spectare genere diversam a vulgari illa. „Monotheismus" inquit „nennt man nicht die Ansicht welche sagt dass Einer Gott sei sondern welche lehrt dass Gott nur Einer ist; ebenso Polytheismus ist nicht die Lehre dass Viele Götter sind sondern dass die Gottheit ein Vielfaches ist. Es war darum natürlich zu sagen Pantheismus sei die Ansicht, nicht dass Alles Gott, sondern dass Gott Alles sei." Discrimen hoc promptum et propositum esse. „Ist Alles Gott so wird damit den einzelnen Dingen Existenz und ausser dieser noch göttliche Dignität zugeschrieben. Dagegen Gott ist Alles kann wenigstens auch heissen: nur Gott ist, ausser ihm ist gar nichts." Praejudicatur ita J. L. Schwarzi quoque opinio qui in libro: Schellings alte und neue Philosophie 1844 p. 151 de pantheismo pari quidem ratione disserit: „nach dieser Weltanschauung ist nicht Alles Gott sondern Gott ist Alles" inverso tamen modo pergit: „d. h. was wahrhaft ist, ist Gott" et p. sequente: „man sollte demnach eigentlich sagen: Theopantismus." Immo monstraverat Erdmannus subjectum in id genus compositionibus posteriorem semper obtinere locum. Itaque statuta illa et affirmante et negante nominis sententia censuisse videatur Krausii desperationem causa sufficiente carere solaque hominum indiligentia permistionem illam effectam esse. Spinozam docuisse pantheismum concedit p. 134. 135. Postea argumento hoc strictim tractato Vorlesungen über Glauben und Wissen 1837 p. 253. 254 accuratius perfungitur eodem in libro vermischte

Aufsätze 1846 ubi in commentatione ultima die Grundbegriffe des Spinozismus p. 118—192 de doctrina hac egregie disputat. P. 188. Spinozismum quatenus naturam naturatam explicet individualismum seu atomismum quatenus naturam naturantem tractet pantheismum esse contendit (cf. p. 132). Spinoza inquit est pantheista qua ratione Parmenides pantheista fuit. Omnino philosophos Eleaticos pantheistas nominat et Hegelianismi in pantheismum merum nuper commutati mentionem facit p. 190. De pantheismo in atomismum delabente p. 189—192 disputans „gerade der Satz also" inquit „durch dessen Festhalten es allein möglich war zuerst (pantheistisch) die Substanz als das ganz allgemeine Seyn (omne esse praeter quod nullum datur esse) zu fassen gerade dieser macht es nothwendig dass am Ende (individualistisch) den determinirten Einzelwesen wesentliches Seyn Substanzialität zugeschrieben wird." De naturae naturantis et naturatae discrimine antea p. 137: „wenn nun aber" inquit „nur durch die betrachtende Vorstellung die in sich ungetheilte unendliche Substanz (Gott natura naturans) in ein Getheiltes was wir Alles (*πάντα*) oder auch Welt nennen verwandelt wird das also als solches keine wahrhafte Realität hat so erhellt dass es richtiger ist mit Hegel den Spinozismus Akosmismus zu nennen als etwa mit Bayle ihm nachzusagen nach ihm sey Alles Gott oder er schreibe jedem Dinge die Göttlichkeit zu." Paulo post p. 140 disjunctam esse contendit naturam naturantem a naturata quomodo *πᾶν* a *πᾶσιν*. Idem in logica ed. tert. 1848 §. 118 annot 1: „nimmt man Gott als Ganzes, als All z. B., die Geschöpfe als seine Theile, so ist dies ein roher mechanischer Pantheismus."

Neque tamen supersedere posse nobis videmur disterminando hanc ipsam notionem *παντὸς* a *πάντων* et *ὅλου* notionibus quibuscum saepissime confusam invenimus. Cuinam vero praestolari possemus fidentius qui graecae *παντὸς* notioni lumen afferret quam gemino philosophiae Graecorum astro Platoni atque Aristoteli? Ille autem in sermone cui Theaeteti nomen inscriptum est ad hanc quaestionem accedit p. 204. 205. Interrogat enim Socrates: *οὗ ἂν ᾖ μέρη, τὸ ὅλον ἀνάγκη τὰ πάντα μέρη εἶναι ἢ καὶ τὸ ὅλον ἐκ τῶν μερῶν λέγεις γεγονὸς ἕν τι εἶδος ἕτερον τῶν πάντων μερῶν;* Annuente Theaeteto pergit quaerendo: *τὸ δὲ δὴ πᾶν καὶ τὸ ὅλον πότερον ταὐτὸν*

καλεῖς ἢ ἕτερον ἑκάτερον; Differre ait alter. Socrates vero τί δὲ δὴ inquit τὰ πάντα καὶ τὸ πᾶν ἔσθ᾽ ὅ, τι διαφέρει; amicus haec concedit idem esse sive quis dicat unum duo tria quattuor quinque sex sive bis tria vel ter duo sive quattuor ac duo vel tria duoque et unum vel quinque et unum nam ἐφ᾽ ἑκάστης λέξεως πάντα τὰ ἓξ εὑρήκαμεν. (Neque accurate neque eleganter Schleiermacherus vertit ein gesammtes die sechs quasi Plato scripsisset ἅπαν τι τὰ ἕξ. Mars Fic: omnia sex, germanice dicas alle sechs, die sämmtlichen sechs). Pergit autem Socrates: ταὐτὸν ἄρα ἕν γε τοῖς ὅσα ἐξ ἀριθμοῦ ἐστι τό, τε πᾶν προσαγορεύομεν καὶ τὰ ἅπαντα. Porro magistri sententiae jugeri stadii exercitus numerum idem esse atque ipsum jugerum stadium exercitum assentitur juvenis ὁ γὰρ ἀριθμὸς πᾶς τὸ ὂν πᾶν ἕκαστον αὐτῶν ἐστι. Concedit Theaetetus. Colligit autem Socrates singulorum numerum non aliud quid esse atque partes: quaecunque igitur partes habeant, ex partibus constare. τὰ δέ γε πάντα μέρη τὸ πᾶν εἶναι ὁμολόγηται εἴπερ καὶ ὁ πᾶς ἀριθμὸς τὸ πᾶν ἔσται. Totum igitur non constare ex partibus. πᾶν γὰρ ἂν εἴη, τὰ πάντα ὂν μέρη. Non videtur respondet Theaetetus. Socrates vero: μέρος δ᾽ ἔσθ᾽ ὅτου ἄλλου ἐστὶν ὅπερ ἐστὶν ἢ τοῦ ὅλου; ΘΕΑΙ. τοῦ παντός γε. ΣΩ. ἀνδρικῶς γε ὦ Θεαίτητε μάχῃ. τὸ πᾶν δὲ οὐχ ὅταν μηδὲν ἀπῇ, αὐτὸ τοῦτο πᾶν ἐστι; Θ. ἀνάγκη. Σ. ὅλον δὲ οὐ ταὐτὸν τοῦτο ἔσται οὗ ἂν μηδαμῇ μηδὲν ἀποστατῇ; οὗ δ᾽ ἂν ἀποστατῇ οὔτε ὅλον οὔτε πᾶν, ἅμα γενόμενον ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὸ αὐτό. Θ. δοκεῖ μοι νῦν οὐδὲν διαφέρειν πᾶν τε καὶ ὅλον. Σ. οὐκοῦν ἐλέγομεν ὅτι οὗ ἂν μέρη ᾖ τὸ ὅλον τε καὶ πᾶν τὰ πάντα μέρη ἔσται. Θ. πάνυ γε. Itaque Plato quoque tollit discrimen quod est inter vocabula illa. — Acute vero antiphilosophus ille quem nunc audiamus has tres notiones disjungit. Aristoteles enim in metaph. Δ c. 26. fusius de ὅλου πάντων παντός notionibus disputat. Quem locum gravissimum liberius nunc perquiramus Bonitianam recensionem quae sine dubio nunc optima est imprimis secuti. Philosophus: ὅλον inquit λέγεται οὗ τε μηθὲν ἄπεστι μέρος ἐξ ὧν λέγεται ὅλον φύσει καὶ τὸ περιέχον τὰ περιεχόμενα ὥστε ἕν τι εἶναι ἐκεῖνα. Et

Hengstenbergus qui vertit: „wird dasjenige genannt . . . . dann das“ cet. et simili ratione Schweglerus neglexerunt convinctionem τε significantem non de duabus quibusdam speciebus loqui sed indicia duo universi totius afferre voluisse Aristotelem quare vertendum est: totum dicitur cujus et nulla abest pars [observes quomodo consentiat Aristoteles cum praeceptore a quo alias hic quoque maxime discedit] ex quibus dicitur totum natura et continens contenta ut unum quoddam sint illa. Fugit enim *Hengstenbergum* vera sententia interpretatum: „dann das umfassende und das umfasste wenn sie eins sind.“ Pergit autem Aristoteles ita ut ejus quod plura quaedam in sese inclusa ad unitatem redigat species duas discernat. Nam *τοῦτο δὲ διχῶς* inquit *ἢ γὰρ ὡς ἕκαστον ἓν ἢ ὡς ἐκ τούτων τὸ ἕν. τὸ μὲν γὰρ καθόλου καὶ τὸ ὅλως λεγόμενον ὡς ὅλον τι ὂν οὕτως ἐστὶ καθόλου ὡς πολλὰ περιέχον τῷ καθηγορεῖσθαι καθ' ἕκαστον καὶ ἓν ἅπαντα εἶναι ὡς ἕκαστον οἷον ἄνθρωπον ἵππον θεόν ὅτι ἅπαντα ζῶα.* Sententiam minime vidit Schweglerus cum initium enunciati hujus explicaret verbis: „ein Beispiel fürs erstere ist das Allgemeine“ Aristoteles vero non exemplum attulit sed notat ipsos duos modos *τὸ καθόλου καὶ τὸ ὅλως ὅλον* quos solos complectatur prior illa species in qua unaquaeque permaneant singula. Verba enim *τὸ ἓν ἅπαντα εἶναι ὡς ἕκαστον* ita constructa *τὸ εἶναι ἅπαντα ἓν ὡς ἕκαστον — ἓν εἶναι* supplendum est — vertas: unum universa esse sicut quicque unum sit. Parum accurate Hengstenbergus: „indem alles Einzelne eins ist“ rectius Schweglerus: „und alles darunter befasste obwohl jedes seine Einzelheit behält eins ist.“ De qua re cf. Alexandrum quoque ad hunc locum: *τὸ ἓν ἅπαντα εἶναι ὡς ἕκαστόν δηλωτικόν ἐστι τοῦ τὴν ἑνότητα ἔχειν μὴ κατὰ συνέχειαν ἀλλὰ τῷ τὸν αὐτὸν λόγον ἕκαστον αὐτῶν ἐπιδέχεσθαι.* De continuitate vero sunt quae exinde sequuntur apud Aristotelem: *τὸ δὲ συνεχὲς καὶ πεπερασμένον ὅταν ἕν τι ἐκ πλειόνων ᾖ ἐνυπαρχόντων μάλιστα μὲν δυνάμει εἰ δὲ μὴ ἐνεργείᾳ.* Incondite huic quoque loco praemisit Schweglerus: „ein Beispiel fürs andre“ immo vero non coalescunt singula nisi in continuo et terminato. Subjungit philosophus: *τούτων δ' αὐτῶν* [id est *συνόλων*] *μᾶλλον τὰ φύσει ἢ τέχνῃ τοιαῦτα ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς λέγομεν ὡς οὔσης*

ἀλόγητος ἐνότητός τινος. (Vocabulum ἐνότητος post ἀλόγητος e Schwegleriano exemplo defluxisse videtur errato quodam cum in annotatione saltem posuerit „ὅλ. ἐν.] ἐν. ὅλ. T." Ceterum prior lectio ut orationis contextu loco quoque 1052 a fin. vers. confirmatur). Porro parum subtilem transitum interjecit Schweglerus: „das ganze kann man auch so definiren" cum vocabulo ἔτι inducat A. judicium: totum sicut undique circumscriptum sit, ab omni quoque necessario discriminandum esse: ἔτι τοῦ ποσοῦ ἔχοντος ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ ἔσχατον ὅσων μὲν μὴ ποιεῖ ἡ θέσις διαφοράν [id est: qualitatis differentiam] πᾶν λέγεται, ὅσων [apud Schweglerum ὅσαν mendo scriptum] δὲ ποιεῖ, ὅλον. ὅσα δὲ ἄμφω ἐνδέχεται καὶ ὅλα καὶ πάντα. At huic πάντα videtur mihi lectio πᾶν quam habent Bonitiani codices E. T. a. s. praeferenda esse cum plurimum hic intersit accurationem limatam adhiberi ne πάντα et πᾶν confundantur ex quibus hoc posterius paulo infra quoque ad numerum pluralem ὅσα refertur. ἔστι δὲ ταῦτα ὅσων ἡ μὲν φύσις ἡ αὐτὴ μένει τῇ μεταθέσει ἡ δὲ μορφὴ οὔ· οἷον κηρὸς καὶ ἱμάτιον. καὶ γὰρ ὅλον καὶ πᾶν λέγεται· ἔχει γὰρ ἄμφω. ὕδωρ δὲ καὶ ὅσα ὑγρὰ καὶ ἀριθμὸς πᾶν μὲν λέγεται ὅλος δ᾽ ἀριθμὸς καὶ ὅλον ὕδωρ οὐ λέγεται ἂν μὴ μεταφορᾷ. Ad intelligendam vero sententiam Alexandrum conferas qui πᾶν esse dicit ὁμοιμερές, ὅλον contra ἀνομοιομερές. Denique Aristoteles πάντα a παντὶ disjungit: πάντα δὲ λέγεται· ἐφ᾽ οἷς τὸ πᾶν ὡς ἐφ᾽ ἑνί, ἐπὶ τούτοις πάντα ὡς ἐπὶ διῃρημένοις. Post verbum λέγεται enim ita ut feci quam cum Bonitio commate distingui malim perspicuitatis causa ne quis ἐφ᾽ οἷς ad πάντα praecurrens referat, est enim πάντα δὲ λέγεται quod et ab Hengstenbergo et a Schweglero prorsus negligitur praefatiuncula quaedam hac ratione: omnia autem in hunc modum definiuntur — sequitur vero ipsa definitio quam ita vertas: ad quae omne ut ad unum, ad haec spectant omnia ut ad distincta. Difficilia haec sunt Germanice interpretatu cum nostratibus numero plurali quemadmodum Graecis in vocabulo πάντα uti nec sollemne et fortasse obscurius sit quare Schweglerus omnem transferendi artem dimittens ipsa graeca verba admiscuit sermoni patrio tali modo: „παντα in der Mehrzahl nennt man dasjenige als getrennte Vielheit was man als Einheit genommen παν

nennt". Hengstenbergus autem ad numerum singularem confugit: „alles heisst als getrennt genommen was die durch das alles bezeichnete Einheit umfasst," Uterque in angustias compellitur in vertendis exemplis quae ibibi sequuntur: πᾶς οὗτος ὁ ἀριθμὸς [Alexander: ὅταν ὡς ἓν λαμβάνηται τὸ ἐκ μονάδων ἄθροισμα] πᾶσαι αὗται αἱ μονάδες omnis hic numerus omnes hae unitates, evanescit enim significantia sive vertis cum Hengstenbergo: „alle diese Zahlen und alle diese Einheiten" nam momenti est numerus singularis πᾶς sive Schweglerum sequeris quem posuisse invenimus: „diese ganze Zahl und alle diese Einheiten" idem utrobique vocabulum intercedere negligentem. Tenues illae discriminis minuti umbrae lingua germanica exquisitius quam vocabulo sämmtlich explicari non posse cum nobis videatur nec res sit cavillationis verborum refractariolae sed quae ad propositum nostrum efficiendum maxime conducat, locum de omni omnibusque germanice versum hic subjungamus: sämmtliche aber werden genannt: auf welche das sämmtliche als auf eines geht, auf diese gehn sämmtliche als auf unterschiedene: diese sämmtliche Zahl diese sämmtlichen Einheiten. Ceterum de notionibus παντὸς et πάντων et ὅλου conferas in libro eodem Z. c. 17 et H. c. 6. — Haec Stagirita quem in his poliendis sententiis adhuc alius nullusdum superavit natater Delius. Est vero usus parum accuratus quo πᾶν pro ὅλον dicitur (cf. Henr. Steph. Thes. ed. Hase cet. VI p. 574) et apud scriptores quos κοινοὺς vocant ὅλου et παντὸς notiones ita confunduntur ut ὅλους ponant ubi πάντες potius ponendi erant pari modo ac Romanorum poetae comici et scriptores posteriores totos dixerunt pro omnibus (cf. Doederleini Lat. Synon. IV p. 359). Haec igitur missa facienda sunt.

Peragratis igitur academiae lyceique sententiis reliquum est ut experiar argumenti summam congregare et sub aspectum quendam subjicere quae de omnis notione ex iis quae attulimus efficiuntur et quae nobis addenda sunt tum vero notionis illius species digerere ut pantheismi nominis vis et universa et multiplex fiat perspicua. Sententiae autem aliorum quas disputationi huic inseruimus non sunt nisi exempla cum historia accuratior eorum qui pantheistae fuerint non attineat ad quaestionem quam proposuimus.

Πᾶν omne alles est extra quod nihil est. Omne igitur unum solum est neque aliud quicquam praeter id potest existere.

Quod omne unum eximio verbo nostrates das Alleine Alleinige nominant. Itaque omne est notio quaedam quantitatis seu numeralis, numerum enim sine ulla exceptione expletum, itaque πλήρωμα quodammodo significat. Quam ob rem tum nihilo tum nonnihilo et omni quodcunque numeris suis non absolutum est opponitur. Etsi igitur Hegelus (Rel. Phil. I. p. 392) errorem ad quem vocabuli ambiguitas possit adducere dicit esse „dass παν genommen wird als Allheit, nicht als Allgemeinheit" (cf. Erdmanni vermischte Aufsätze p. ultima) tamen revera res est prorsus inverso loco cum τὸ καθόλου species sit ὅλου quod Aristoteles recte discrevit a notione παντὸς cui ubique vis inest omnitatis ut philosopho hoc utar vocabulo. Neque assentiam iis quae Erdmannus scripsit in logica l. c. „nimmt man Gott als Ganzes, als All z. B." quasi hoc illius esset species. — Si vero notio παντὸς cum dei i. e. naturae supremae cujusdam notione universa conjungitur forma existit duplex prout alterutri respondetur quaestionum illarum Pindari poetae: τί θεός; τί τὸ πᾶν; Nam qui posterius hoc interroganti cuidam responsum dat: τὸ πᾶν ἐστιν ὁ θεός is theopantismum profitetur, pantheismus vero ad priorem illam quaestionem respondens contendit: ὁ θεός ἐστι πᾶν quam sententiam sic transponas in negantem: extra deum est nihil. Itaque ex formulis omnibus supra enarratis palmaris sine dubio est Erdmanni. At equidem non intelligo cur dixerit vir subtilissimus sententiam ex qua deus omne sit posse saltem significare non existere aliquid praeter deum. Neque enim video quid valere posset aliud. Haud scio an justo latiorem sententiam dicto illi tribuerit, nimis angustam contra statuerit cum et inibi dicat si omne deus sit singulis rebus existentiam ac praeterea divinam tribui dignitatem et in locis illis quos et ipsos ex ejus conscriptionibus varii generis supra jam attulimus πάντα cum mundi notione prorsus aequaverit. Omne autem si per se spectatur nonne ad mundum huncce minime attinet? Profecto reversio sententiarum illarum: deus est omne et omne est deus — forma tantum abludit, re sonat idem. Formulam vero quam pantheismi esse diximus jam protulit Fichtius licet pantheismi nominis mentionem non injecerit. Scripsit enim in libro: Anweisung zum seligen Leben 1805 p. 143: Gott allein ist und ausser ihm nichts. V. ibidem p. 102. Cf. Parmenidis ἔπη περὶ φύσ.

v. 90. 91. *οὐδὲν γὰρ ἐστιν ἢ ἔσται ἄλλο παρὲξ τοῦ ἐόντος.*

Pantheismum igitur apertum est monotheismum esse atque oppositum esse et polytheismo qui relinquit aliquid quod non deus sit et atheismo. Neque hujus est species nam *οὐκ ἔστι διαφορὰ στερήσεως ᾗ στέρησις ἀδύνατον γὰρ εἴδη εἶναι τοῦ μὴ ὄντος οἷον τῆς ἀποδίας ἢ τοῦ ἀπτέρου ὥσπερ πτερώσεως καὶ ποδῶν.* Arist. *περὶ ζώων μορίων*. I. 3. Pantheismus igitur certe est theismus quidam. Cf. locum quem p. 28 e Schleierm. christl. Glaube ed. alt. I. p. 54 transcripsimus.

Sententia illa proprie pantheistica varias quas vulgo ferunt pantheismi formas metiendi ratio cum proclivis sit exempla ad illustrandam existimationem nostram pauca quaedam sufficient. Primo quidem ipsius Tolandi nomen cum deum animum mundi esse dicat in pantheistico de pantheistarum tabulis eximendum est. Hunc enim eosque omnes qui deum ut cum Cicerone (de nat. deor. I. 11) loquar „animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem" sive (ib. 14) „rationem quandam per omnem naturam rerum pertinentem vi divina esse affectam" putant pantheistas nominare qui possumus cum deus ille qui sit „aut infixus aut infusus in mundo" (ib. 11. cf. Tol. p. 9) non sit ne mundus quidem completus immo exadversus „fusionem universam" (ib. 15) illam tanquam receptaculum quoddam pars altera mundi necessario sita sit. Etiam quoad aliquis quod eundem Tolandum fecisse vidimus deum vim summam esse censet, minime uti Krausus et Schleiermacherus voluerunt, pantheista nominandus videtur esse, est enim illa notio relata quaedam quod philosophus uterque hic ipse dixit cf. Krausum p. 40. l. c. et Schleierm. dialect. p. 113 nota in margine apposita. Ewaldus quoque non est pantheista cum deum essentiam esse dicat cui igitur existentia quaedam objacet. Non difficile est pari modo tentare sententias alias.

Cum vero pantheismus proprie sit numeralis omnes quas afferre solent formae ejus variae quae non ad quantitatem numerumque spectant in essentia ejus non positae sed accidentes sunt quales sane inveniantur innumerae. At species quae ex ipsa *παντὸς* natura profluunt hic videntur pertractandae esse. Plenitudo autem de qua disputavimus bipartito est: aut enim est simplex aut plura complectitur. Quare duo existunt species pantheismi.

Prior est qua omne omni discrimine expers esse contenditur. Ex quo igitur judicio deus ut cum Orphicis loquar μέγα χάσμα πελώριον (cf. Aglaophamum p. 472. 473) sive χάος illud Hesiodi in theog. 116 est quod Plutarchus συμπ. V 5. χώραν καὶ τόπον esse significat. Κένωμα ideo deus hic persolus appellari potest. In hac sola vacuitate valet illud Thomae a Kempis dictum quod quidem ipsius sententiam patrum accurate exprimit: „quidquid deus non est nihil est" (III. 31. 2) cum non solum extra eum non sit aliquid, verum etiam vaste hiet interna ejus inanitas: neque enim animus inest nec natura sed omnino omni distinctione caret. Veruntamen liquet fugi a mente vacuum cum res singulae ex visione saltem evelli non possint atque et Parmenides mundo illi non existenti nisi in opinione carmen concesserit dimidiatum et Spinoza praeter naturam naturantem statuerit naturam illam naturatam. Hic igitur philosophus ipse sibi videtur esse pantheista, dicit enim de intell. emend. IX. in fine: „est nimirum hoc ens unicum h. e. est omne esse et praeter quod nullum datur esse". sed revera minime pantheismum profitetur cum res singulas quae in substantia illa non insunt, tamen in mente saltem humana licet adumbratas petessente imagines non potuerit non ponere. Quae imaginationes confusae attamen necessariae quibus res singulae esse nobis videantur e substantiae Spinozanae quasi aequore sterili tanquam vexilla in cacuminibus malorum navigii submersi extant. Profecto igitur chaotheismus ut ita dicam merus in artem redigi minime potest.

Verum sententia illa quae nihil nisi deum ponit non universa est pantheismi cum ejus species altera extra deum quidem quicquam neget existere sed deum solum existentem separatum in sese relatumque ad alia quae in ipso sunt contendat esse. De discernendis vero sententiis: es ist nichts ausser Gott atque es ist nichts in Gott cf. Henr. Ritterum in libro laudato die Halb-Kantianer cet. p. 63 ss.

Πᾶν omne alles hoc loco respondet vocabulo germanico sämmtliches et numero plurali allesammt quae nomina ad priorem pantheismi speciem applicari minime possunt cum plura quaedam ponant quae complectantur. Ergo sämmtliches est alles ad plura quaedam relatum. Itaque quae apud Platonem et Aristotelem invenimus soli huic παντὸς notioni subjungenda sunt. Hac quo-

quae pantheismi forma tolli personam dei mundumque deum praedicari saepissime dicitur. At primo legas inscriptionem illam quam in Isidis Saitae delubro fuisse Plutarchus narrat Is. et Os. c. 9: ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον κτλ. Omissa παντὸς notione Proclus scriptum fuisse dicit: τὰ ὄντα καὶ τὰ ἐσόμενα καὶ τὰ γεγονότα ἐγώ εἰμι κτλ. comment. in Plat. Tim. ed. Schneider. p. 69. Nec vero quicumque deum omnia esse contendunt solum huncce mundum ponere eos necesse est. Immo hujusce existentiam externam prorsus negari posse ab iis qui deum omnia esse dicunt intelligitur e Dabistani loco quo Fanius de secta inter Persas frequentissima quam Dschemschaspian nominat locutus „apud illos“ inquit „mundo existentia prodiens non est. Dicunt: omne quod existit deus est et praeter eum res nulla et dicunt: mentes et animi et angeli et coela et stellae et elementa et genera omnia in intelligentia ejus sunt et foras non venerunt.“ cf. de Sacy journal des savans 1821 p. 728. Locum similem e Ssaadii Bustano affert Tholuckus Ssuf. p. 222 — 224. Ergo qui deum omnia esse sentiunt minime hujusce mundi necessario docent consecrationem sive ἀποθέωσιν. Verum etiam si talis acosmismus quem dicunt e pantheismo hoc non nexus est tamen mundi deique discrimen conservari potest. Est enim effugium sententiae illius Talmudicae הקבה מקומו של עולם ואין העולם מקומו. Itaque loco exinanito illi quem in prima pantheismi specie invenimus opponitur locus quidam plenissimus qui non solum est le lieu des esprits ut apud Malebranchium de la récherche de la vérité l. III. c. VI. init. sed omnino mundum totum ac praeterea omnem divinam copiam complectitur. De quo jam Philo περὶ ὀνειρ. Turneb. p. 575: αὐτὸς ὁ θεὸς καλεῖται τόπος τῷ περιέχειν μὲν τὰ ὅλα περιέχεσθαι δὲ πρὸς μηδενὸς ἁπλῶς καὶ τῷ καταφυγὴν τῶν συμπάντων εἶναι αὐτὸν καὶ ἐπειδήπερ αὐτός ἐστι χώρα ἑαυτοῦ κεχωρηκὼς ἑαυτὸν καὶ ἐμφερόμενος μόνῳ ἑαυτῷ. Nisi in septuaginta interpretum opere qua librorum sacrorum conversione sola Philonem usum fuisse satis liquet, in deuteron. 33, 27 plane diversa legerentur in opinionem alicui venire posset philosophum significare voluisse versum illum unde comparatis versibus exodi 26, 24. 33, 31 rabbini qui contra Philonem ignorarunt simile decretum hauserunt. Explicatur enim locus ille in בראשית רבה tali modo: כתיב מעונה אלהי קדם. אין אנו

יודעין אם הקב״ה מעונו של עולמו ואם עולמו מעונו מן מה דכתיב ה׳ מעון אתה [תהל׳ צ א] הוי הקב״ה מעונו של עולמו ואין עולמו מעונו. Interpretanda tamen est habitatio quae deus esse dicitur per ipsam hanc *καταφυγὴν* quam apud Philonem modo legimus. Eodem spectare videntur ea quoque quae ad versum נעשה אדם in commentariis notat Ibn Esra: והשם הוא האחד והוא יוצר הכל והוא הכל ולא אוכל לפרש Cf. Philonis *ἀλληγ.* p. 48. Verbis autem הוא הכל magister Judaicus significat reor illud *αὐτὸς τὸ πᾶν* quod hodieque saepius laudarunt quam noverint unde ductum est. Legitur vero apud Siraciden 43, 26 ss.: *ἐν λόγῳ αὐτοῦ σύγκειται πάντα*. | *πολλὰ ἐροῦμεν καὶ οὐ μὴ ἐφικώμεθα καὶ συντέλεια λόγων· τὸ πᾶν ἐστιν αὐτός·* | *δοξάζοντες ποῦ ἰσχύσομεν, αὐτὸς γὰρ ὁ μέγας παρὰ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Ben Sira igitur omnia divina opera a numinis majestate discernere videtur in ipso deo qui omne sit. Simili ratione Christianus Weissus eximius ille Jacobianus „Du konntest“ inquit „nur in Dir schaffen, nicht ausser Dir.“ Von dem lebendigen Gott cet. 1812. p. 13. Videtur igitur deum dicere non solam ejus ut cum philosophis Scholasticis loquar suitatem sed naturam dei totam completamque ut quodcunque creat suprema voluntas sane extra numen ipsissimum quasi centrosum veruntamen minime trans dei fines quippe quibus careat essentia infinita contrapositum sed intra divinam abundantiam constitutum sit. Similiter et ipse Augustinus in solil. I. 3: „deus est supra quem extra quem et sine quo nihil est sed sub quo in quo et cum quo omne est quod est.“ Cf. postea Scotum Erigenam in libro de divisione naturae scripto: „motum deo dare non possum quia solus immutabilis est nec habet quo vel ad quid se moveat cum in ipso sint omnia imo cum ipse sit omnia“ I. 74. „ita ut et deus omnia sit et omnia deus sint.“ dedic. ad Max. Schol. Attamen haud scio an omnes viri hi christiani non negaverint quod deus non fecisset id fecisse satanam qui exposuisset aliquid extra deum. Qua re necesse esse redeant homines in deum per Jesum Christum humani generis quod peccatorum delictorumque servitute tenetur assertorem sanctissimum ut in mundi consummatione demum fiat *ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.* E quibus omnibus illis quae sine dubio aliquantum ex pantheismo quodam olent emergere saltem videtur non necessario tolli iis per-

sonam dei seu deum mundumque poni idem esse neque quemlibet qui contendit quodammodo nihil existere extra deum ob hanc ipsam sententiam generatim atque universe prolatam praefandum pabulum Acheruntis esse.

Insunt vero in hac pantheismi specie discrimina quaedam quae vario vocabuli παντὸς usu efficiuntur. De quo cum verborum similia declarantium collectores non attulerint quae sufficiunt experiamur diversas ejus formas breviter hic perpurgare. Primo omnia singula quae inter sese quoque alia ab aliis separata sunt secernenda sunt etiam ab eorum complexu.

Quodsi πᾶν ad solam collectionem refertur nuncupari solet τὸ πᾶν das All. At vocabulum germanicum non pari modo atque graecum illud de circumscriptione qualibet augustiore quoque dici potest. Hoc loco divinitas quidem singulis quibuscunque tribuitur nec tamen deitas quippe quae soli collectioni conveniat. Itaque nomen Allgötterei non congruit formae huic qua unus tantummodo deus ponitur.

Verum iterum omnia diversum quendam modum induunt prout magis respicitur et quasi cum accentu effertur aut unitas aut multitudo aut denique utraque haec notio suum quaeque momentum aequabiliter sustentat. — Πᾶν igitur si plus tribuitur rerum compositarum discrimini definitur σύμπαν, est enim συλλήβδην πᾶν ut saepius apud Platonem sive σύστασις τῶν πάντων quibus verbis usus est Valentinus Gnosticus. In linguam latinam vertas vocabulo cuncti quod minime ut quibusdam e. g. Doederleino Lat. Syn. IV. p. 359. placuit respondet ἅπαντι. Antiquior enim est sententia eorum qui cum Krafto (lex. s. v. all) σύμπαν cunctum esse dicunt. Namque inest vocabulo cuncti praepositio cum quae rursus propinqua est Graecorum praepositioni σύν. Σύμπαν sive cunctum Germanice dicas alles mit einander. Similiter dicitur omnia ad unum alles zusammen das beisammen. Doctrinae quae deum σύμπαν esse dicit exemplum licet vocabulum ἅπαν irrepserit proponamus dei verba ad initiatos quae legimus in Gnosticorum quorundam evangelio Evae: ἐγὼ σὺ καὶ σὺ ἐγὼ καὶ ἐγὼ σὺ καὶ σὺ ἐγώ· καὶ ὅπου ἐὰν ᾖς ἐγὼ ἐκεῖ εἰμι καὶ ἐν ἅπασίν εἰμι ἐσπαρμένος καὶ ὅθεν ἐὰν θέλῃς συλλέγεις με ἐμὲ δὲ συλλέγων ἑαυτὸν συλλέγεις. Epiphan. haeres. 26. c. 3. Sympantheismum igitur nomi-

namus pantheismum illum collectivum qui premit compositarum rerum rationem disparatam. — Postponitur haec ab hapantheismo in quo primum locum obtinet unitas. Nam compositionem separatorum quorundam exprimunt ἅπαν ejusque similia ἅμα πάντα ut in versu quodam Lini apud Diogenem Laertium in prooemio legas atque id quod non cum Hesychio idem ac σύμπαν ducendum est πάντα ὁμοῦ quae Heracliti fuit formula i. e. una vel simul omnia (Spinoza quoque omnia simul considerata singulis imaginatione disjunctis opposuit). Idem Linus vaticinatur in versu quodam qui eum quem Tolandus in pantheistico attulit continuo sequitur: πάντα δ' ἕν ἐστιν, ἕκαστον ἑνὸς μέρος, εἰν' ἓν ἅπαντα. Στοβ. ἐκλογ. ed. Gaisford. p. 108. Quae latina lingua conferuntur in.pictum illud nomen universi. Kraftus enim l. c. rem acu tetigit, labitur autem Doederleinus l. c. universum σύμπαντι arbitratus esse synonymum. Omnia universa Germanice interpretanda sunt alles ins gesammt quae verba universionem ut ita dicam accuratissime exprimunt. Quomodo enim e verbo πᾶν fit ἅπαν ita e vocabulo sammt — unde sämmtlich quod omnino hanc alteram pantheismi speciem significat derivatum est — gignitur gesammt praeposita syllaba graecae illius syllabae consimili. Quare non limatissimus videtur esse Schleiermacheri usus qui in vertendo Platone in capite illo Theaeteti loco παντὸς posuerit gesammt, πάντα vero promiscue interpretatus sit vocabulis sämmtliche et gesammte. Hujusce vero vocabuli particula praeposita similis est litterae initiali verbi ἅπας quam nuncupant ἄλφα ἀθροιστικόν. — Copulantur autem et σύμπαν et ἅπαν in notione συνάπαντος quod est συλλήβδην ἅπαν (Plato de rep. 585. C. cf. συναθροίζειν). — Hi tres modi igitur primam formam ejus pantheismi speciei qua rerum multitudo quaedam ponitur constituunt.

Contra ea si πᾶν distribute cogitatur prorsus diverso loco res se habet. Πᾶν enim qua est πᾶν ἕκαστον sive omnia singula ἑνὶ ἑκάστῳ i. e. unicuique convenit, itidem deitas. Si hunc hecastotheismum quoque nomine cum voce πᾶν connexo appellari oporteat dicere possis panhecastotheismum vel si vocabulo sesquipedali anteponas paulo sane brevius licet nimia fortasse arte fictum concedas parapantheismi nomen cum praepositioni παρὰ insit sententia appositionis copula expertis et loquendi formae velut παρ' ἦμαρ παρ' ἑκάστην ἡμέραν (i. e. in dies) satis confirment

significari quodammodo vocabulo πάρα numerum expletum. Sed vox germanica Allesgötterei qua Hegelus l. c. ad hanc doctrinam denotandam usus est ab Allgötterei nihilo plus revera discrepat quam pantotheismi nomen a pantheismi. Neque enim nomina haec Graeca dispărilia sunt ut patet comparatis formis παναίτιος et παντaιτία, πανάρχων et πάνταρχος, παγγενέτης et παντογόνος quae omnia vocabula bina quod ad priores eorum partes attinet idem videntur sonare. Panentheismi nomen autem (cf. Krugi lex. V. 2. p. 114 et Schwarzi librum das Wesen der Religion 1847 p. 168) sola ea ratione ut πᾶν quod in eo inest πᾶν ἕκαστον significet concedi potest sed monstruosissima esset compositio si ad σύμπαν et ἅπαν referretur. Nam cunctum et universum per se spectatum quod in alio esset a se ipsum descisceret. Ceterum si quis objiciat deesse doctrinae huic quam panhecastotheismum nominavimus sententiam illam proprie pantheisticam in eo positam ut nihil sit extra deum — respondendum est minime aliud quid extra deum hic inveniri nisi deum ipsum. Sed est sane pantheismus hic monotheismus quidam qui idem in polytheismi partes abit quare minus philosophorum quam poetarum videtur esse. Ita Lenavus qui dementia praeditus mature obiit in Savonarolae oratione sacra illa in nataliciis Christi habita: „Allgötter! eures Gottes Glieder streift hier vom Baum der Wintersturm; dort schiesst den Gott ein Jäger nieder; hier nagt er selber sich als Wurm.“ Cf. quomodo Spinozae doctrinam risui exponere studet Baylius.

Forma vero pantheismi hujus qui plura quaedam esse concedit utraque quam enarravimus si conjungitur ea nascitur παντὸς notio quae applicatur aeque ad cunctum universumque et omnia universa cunctaque ac singula unaquaeque. Quam geminato verbo illo πάμπαν nomines. Germanice Alles und jedes, sammt und sonders. Pampantheismus igitur aequabiliter synhapantheismus et parapantheismus est. Huc pertinere videtur carmen illud Dschelaleddini quod in ejus Divano posteriore sub littera mim legitur cujus cum prohibeamur ab aliis fontibus conversionem Hammerianam ex libro ejus Geschichte der schönen Redekünste Persiens cet. p. 191 typis describendum dedimus:

„Moslimen! liebetrunken in der Welt bin ich.
Ungläubiger und Gläubiger, betrunkner Mönch,

Die Scheiche Bajasid und Schubli, Dschuneid,
Abu Hanife, Schafii und Hanbeli bin ich."
Qui Muhamedanorum senes et antistites sacri sunt.
„Des Himmels Thron und Zelt vom Staube bis zur Plejas
Was du nur siehst in Trennung und Genuss bin ich.
Ich bin die Weite zweier Bogen um den Thron"
Spatio quod sagitta emissa pervolat duplici interjecto ad dei sedem Muhamedo licuit appropinquet.
„Das Evangelium der Psalter der Koran,
Ich bin Usa und Lat, das Kreuz, der Baal und Dagon,
Die Kaaba und der Ort wo man die Opfer schlachtet."
Sunt Usa et Lat gentilitatis Arabicae idola quorum mentio fit in curano, Baal et Dagon res sacras Syrorum gentilium, crux Christianam, Kaaba Islamicam religionem significant.
„In zwey und siebzig Secten ist die Welt getheilt,
Doch nur Ein Gott, der Gläubge der Ihn glaubt bin ich.
Du weisst was Feuer Wasser Luft und Erde sind;
Das Feuer Wasser Luft und Erde all bin ich.
Die Lüge Wahrheit Gutes Böses Hartes Leichtes
Die Wissenschaft die Einsamkeit die Tugend Glaube
Der tiefste Höllengrund die grösste Qual der Flammen
Das höchste Paradies Huri Riswan bin ich.
Die Erde und der Himmel und was ist darinnen
Die Engel und der Teufel Geist und Mensch bin ich.
Was ist der Rede Ziel? o sag es Schems Tebrisi!
Des Sinnes Ziel ist diess: die Weltenseel bin ich."
Apparet tamen sententiae finem qualem praeceptori ac magistro dilecto suo vates explicat non satisfacere carminis flumini quod antea fudit vorticoso sed in ipsis versibus poetam amore divino ebrium depinxisse fidei vere pantheae tanquam altitudinem caligine oculos offundentem.

Hae solae quantum ego perspicio sunt partes sententiae pantheisticae. Cujus tamen aestimatio interior hoc loco non est judicii nostri.

Halis, typis Ploetzianis.